fens, non hinc injussu Dei migrandum: ipsius esse exitus omnes mortis, & educere, ac vocare animas nostras. Arnobius in commentario rejiciens obiter, tacito nomine, dictam illam Origenianam hæresin, quod carcer sit humanum corpus, quum id Apostolus *a* vocet *templum Domini*; docet, quod tunc carcerem patitur anima nostra, dum hinc inde nobis clausam ad lectionem, vel orationem, vel ad bonum curium, sive mundi occupationes, sive corporeæ delectationes efficiunt: quando orare non delectat, quando fastidimur in spiritualibus cibis; & nunc necessitatum terrenarum claustris, nunc delectationum ostiis conclusi, deficimus: totis viribus clamandum ad Christum, ut educat de carcere hoc animas nostras ad confitendum nomini suo, ut incipiat eam delectatio confessionis excolere, quæ deserta facta est orationis, & lectionis; & spiritalis exercitii cultura cessante.

a 1. Corint. 3. 16. 17. 2. Cor. 6. 16

Educ de custodia animam meam.) Hieronymus, & alia Psalteria Latina, præterea que Hilarius, apud quem in ultima editione mendose legitur, *de carne*: Augustin. Arnobius, Cassiodorus, *de carcere*. Et Augustinus, vetusti Psalt. habent, *crue*. Alii, *de claustro, de occlusione, de nervo, de clausura, de angustia* מִמַּסְגֵּר *mimmasgher*, de quo nomine dixi Ps. 17. *b* Per *animam* potest intelligi totus homo, vel vita, ut homini toti conveniat. Juxta sensum vero mysticum pro corpore Christi in sepulchro, velut in custodia, interpretatus est Remigius, sed paullò durius. Nec enim abitolutum *animæ* nomen Latinum, vel Græcum ψυχὴ pro corpore, mortuo præsertim, tumi umquam legitur, quidquid sit de Hebræo נֶפֶשׁ *nephes*. Favet autem ille dicendi modus hæresi, quod non descenderit anima Christi ad inferos; sed quum id asseritur, intelligi de corpore illato in sepulchrum. Lege Bellarminum *c*, & Delrium *d*, & quæ diximus Ps. 15. *e* & in Actus Apostolorum *f*. Monet autem rectè idem Remigius, & cum illo Bruno, melius hic dixi, *Educ de custodia animam meam*, quam, *educ me*, vel *corpus meum*; quia posset intelligi corpus sine anima sublatum, ad Judæi asserunt: *educi* autem *animam* est redire ad corpus, & totum Christum intelligi. Animam in corpore concedere possumus esse tamquam in carcere, & sepulchro propter allatas prius causas; atq; ita recipere; quæ in hunc sententiam dicuntur à Scriptoribus profanis, ex quibus nonnulla Platonice loquentes erraverunt, ideſt, juxta illum errorem; quem antea rejecimus. Negavit Proclus gnatura le esse animæ nostræ cum corpore vitam degere, sed quum hic versatur, similem esse habitantibus hominibus pestilentem regionem: quando extra vivit, iis, qui prata incolunt. Vox ab hoc quidam Catholici eo polus sibi ceperunt, qui visitunt infinuare humanæ animæ debitam conjunctionem cum corpore immortali, quoniam ipsa sit immortalis, & perpetuo quodam appetitu insito fertur in corpus tamquam inconvenientem sibi partem, ut integrum hominem utraque componat. Hujusmodi corpus, quale nunc gestamus, nimirum propter corruptibilitatem, ac ob temporarium in eo morem Græci nominant σῶμα, σκῆνος, σκήνωμα, *tabernaculum*. Volunt præterea quidam σῶμα dici vel ἀπὸ τοῦ σώζειν, quod animam servet, ideſt, contineat, custodiatque tamquam carcer: vel quasi σῆμα *sepulchrum*. Plato *h*, asserebat ἐπὶ τιμωρίᾳ τινῶν δεδεμένην τὴν ψυχὴν εἰς τὸ σῶμα ἐνειφθῆναι τοῦτο φρουρᾷ ἐοικὸς, *non esse animam, animal immortale, in mortale, in mortali constrictum custodia*. Lege sermonem Gregorii *i*, quomodo, & quibus carcer sit corpus humanum ipsi animæ, & quibus modis anima educatur de custodia ejus.

b Ps. 55. 13

c lib. 4. de Christi anima, cap. 16. & 12

d tomo 2. in 2. ad 2. Cor. 5. 6.

e Aug. in Psal. 101. 2. serm. 2. loco 12. pag. 219. & vers. 10

f 2. 2. ver. 23

g de anima.

h in Axioc.

i 5. Orat. 326

Ad confitendum nomini tuo.) Addunt *Domine*, Romanum Psalterium, & Hilarius; Hieronymus, ac præterea vetus Psalterium, & Augustinus, *ut confiteatur*. Tolsit ea translatio æquivocationem, an pertineat confessio ad Prophetam, an ad alios: primum namque modum exprimit id Cajetanus devotissime impletum notat à David, condenno tot Psalmos ad laudem divini nominis, & etiam perlonaliter psallendo. Valde sæpe usurpat Propheta confessionem, quæ Domino fit; nonnumquam etiam nomini ejus *k*. Utrumque idem valet; ut & *psallere nomini ejus dem*. Nam confessio laudis his in locis intelligitur, non autem pœnitentiæ, sive peccatorum. Monet Augustinus: & nihilominus ita notam esse omni populo posteriorem acceptionem, ut quando auditum esset nomen *confessionis* in lectione, currerent pugni ad pectus. Interpretatus vero de confessione laudis in ulla vita, postquam hinc, & ex ista corruptione eduta fuerit anima nostra, ait, quod tunc tota vita nostra non erit, nisi laus Dei: nec erit quid quum omnia negotia necessitatis interciderint, agamus, nisi ut laudemus quem diligimus: quia & tunc videbimus, & hæc omnia sine fine erunt. Trevetus exponendo de David, & de spelunca Odollam, ait, hanc orationem exauditam à Deo, quando misit ad eum Gad, qui dixit *m*: *Noli manere in præsidio: proficiscere, & vade in terram Juda*. At nec de spelunca Odollam dixi videri sermonem hic esse: nec per præsidium illud spelunca Odollam intelliguntur.

k Psal. 53. 8. P. 98. 3. Tu. 29. 5. 105. 47. Esa. 37. 14. 1 Pa. 16. 8. Pa. 91. 14. 8. Pa. 91. 2. Es. 139. 3

l Psal. 53. 8. P. 98. 3. Tu. 29. 5. 105. 47. Esa. 37. 14. 1 Pa. 16. 8. Pa. 91. 14. 8. Pa. 91. 2. Es. 139. 3

Me expectant justi, donec retribuas mihi.) Vetus Psalterium, & Augustinus, *me sustinebunt justi, quandusque retribuas mihi*. Plurimi Græci codices etiam emendati habent in futuro ὑπομενοῦσι, & Enarrators, excepto Apollinario. Ejusdem temporis est Hebræum verbum. Hieronymus, *in me coronabuntur justi, quum retribueris mihi*. Quod Trevetus ita declarat, quum retribueris mihi, ô Domine, libertatem pro angustiis, quas patior, justi computabunt liberationem meam sibi ad coronam, sive ad mercedem, præmiumque. Cajetanus explicat quum retribuerit Deus Davidi regnum promissum quidem, sed non sine præcedentibus patientiæ meritis, fore, ut cum ipso coronentur justi, hoc est, regnent, & in regni administratione juvent ipsum. Esset hæc tacita promissio fervandæ in regnando justitiæ, tùm per ipsum, tùm per ministros suos. Certe *secundum judicem populi, sic & ministri ejus* n: & *princeps, qui libenter audit verba mendacii omnes ministros habet impios* o. Alii, *in me coronabunt se justi*, ideſt, hoc beneficium mihi à te collatum, ad se trahent, utpote per id invitari ad eamdem ipsem, coronamque. Vel, *coronam facient sibi de me*, hoc est, ero illis vice coronæ, sive triumphi, atque pro suo in me amore, videbuntur ipsbmet eodem beneficio affecti, & eo nomine tibi gratias agent, laudabuntque te pro me, ac si id facerent pro se: nec minus lætabuntur, & gaudio triumphabunt, quam si idem illis, quod mihi, contigisset: denique ipsemet videbor esse corona eorum. Quo pacto Paulus nonnullos appellabat *gaudium suum*, & *coronam suam*, seu *coronam gloriæ sue*. Vel, *jactabunt sese de me*: utpote quod votis, precibus, & quibuidam bonis omnibus ipsorum, & prædictionibus de me eventus respondent. Vel, *coronam mihi imponunt*, quasi ex victoria redeunti, ac triumphanti, ac me regem suum constituent corona imposita, ut Lyranus etiam hic notat, juxta Hebræam illam versionem. Vel, *me circumdabunt, cingent me in modum coronæ, & circuli, atque ex omni circum parte convenient*, ut felicem congratulentur mihi, & se mihi, adjungant, associentque, quem viderint tibi carum, & gratum esse. Vel, *de me*, seu *in gratiam mei tibi facient coronam laudis*: quæ est translatio Paraphrastæ Chaldæi. Memorat Chrysostomus translationis, quæ habet, *coronabunt me*, exponitque, quod ea liberatio Davidis, & beneficium profuturum sit justis, ut gaudeant, lætitia afficiantur, exulteat, quum viderint illum liberatum à malis: tales enim sunt, inquit, Sanctorum animæ & eorum, cum quibus male agitur, misereniur; ne iis invident, quibus res secundæ eveniunt, sed gaudent, & lætantur, & iis, qui beneficio affecti sunt, gratulantur. Quod etiam jussit Paulus *q*, *gaudere* nimirum *cum gaudentibus & flere cum flentibus*. Addit, non esse hanc parvam virtutem, quum multi jacentibus lætabundi insultent, & se erigentibus invideant ex crudelitate, summaque inhumanitate. Tandem notat circa verbum *retribuendi*, per id innui compentationem pro tolerantia humiliationis, & afflictionis, cum gratiarum actione: Imitantur Chrysost. is, qui dicitur Basilius, Euthymius, & Niceph. in eo, quod de justis dixit de alieno bono gaudentibus, tristantibus de malo. Illo Niceph. vocat ἐπιφθόνους, *qui quod δ πάσχας*, lugentes, ac exspectantes quid aliis eveniat à Deo beneficii, ut ea de causa gaudeant. Recitat ex Symmacho, Theodoretus: τὸ ὑπομενοῦσι δικαίως, ὅταν ἐπιφανῶσι μοι, *nomen tuum coronabunt justi, quum beneficeteris, seu beneficio afficeris me*. Vel, ut legit alius, ὅτι εὐφράνθησάς μοι, *quoniam beneficisti*, sive *beneficio affecisti me*. Quod Theodoretus explanat, ac si David dicat, fore, ut beneficium in se collatum justi velut salutis propriæ pignus arripiant, & Deum justum Judicem laudent. Hebr. sic est בִּי יַתְקִיפוּנִי *bi jathkifuni*. Verbum כתר *chatar* alibi redditur eodem pacto, quo hic, *circumdare, sustinere*, quod idem est ac *exspectare*: ut in Job c. 36. 2. *Sustine me*, כַּתֵּר־לִי *chatter li*, in *piel*, quod me.

m 2. Reg. 21. 5

n Ecclesiast. 10. 2

o Pro. 29. 12

p Phil. 4. 1. 1 Thess. 2. 19

q Rom. 12. 15.

Lorini in Psal. Tom. IV.

dicium *a*, atque ita factum est, ut ex utraque parte ab hostibus cæderentur. Hebraicè dicitur כתרו *chitteru*, quod Vatablus, & Pagninus quidem reddunt, *Circumdederunt*. Clarius *circumierunt*, sed R. Joseph Kimhi, *expectaverunt*: Item, in Proverbiis *b* exponit Hieronymus יכתירו *jachtirun*, *expectabunt*. In præsenti loco nostro expectare justi possunt intelligi numero magno, cœtuque, ut liberatum Davidem, ac remuneratum à Deo cingant, circumdent, & per modum coronæ ambiant, & medium constituant, ut facilius ei omnes congratulentur. Utuntur boni auctores *coronare*, ac στεφανοῦν de variis rebus; ita ut dicantur coronari aliæ columnis, genua manibus, nempe amplectentium illa, muri hominibus, fossæ propugnaculis, Urbes mœnuis, vel mari, insulis mare, ac littoribus, nubibus agri, montesve, aquæ sylvis, oves lana, &c. Ipsam quoque multitudinem, concionem, conventum, cœtum hominum vocant passim coronam: & Lactantius *c* docet, quod corona dicitur circumstans in orbem populus; sed & princeps *d* Poetarum,

a 087. 20. 43

Verbi coronandi variæ usurpatio.

b cap. 24. 18

c lib. 4. c. 26.

d 9. Æneid.

——— *omnem*, dixit, *aditum custode coronant*.

Inde orta etiam notio, ut *coronare* sit *ambiendo munire*. Expectaturos ergo ic David justos intelligit fortassis, ut ex lpeluncæ liberatum clausura, includant ipsi, ambiant, muniant, custodiant, nec in eadem pericula incurrere sinant, præterea, quod etiam valet *coronandi* verbum, ut gratias agant Deo, præsente ipso, ac pro ipso: ut laudent Deum liberatorem, atque ipsummet adeo strenuum, ac patientem; ut donis illum pro se quisque ornet, & cumuler, ut beent, beatumque prædicent, ut honestent, ac officiose excipiant, & deducant. De vario significatu *coronæ*, & *coronandi*, consule Caroli Pachalii opus coronarium *e*. Transferri possunt, hæc eadem fere omnia, seniu anagogico ad cœlestes cives, qui eductam cujuivis de custodia corporis animam avide expectant, ut plures laudem divinarum indefessos iecum præcones habeant; ut ejusdem participes beatitudinis, ac locios plures nanciscantur; ut impleto electorum numero, veniat resurrectio corporum: quia *sine nobis non consummabuntur* f, (quidquid sit de paucis, qui cùm Christum resurrexerunt, si non amplius mortui sunt) ut pro se iecuri, de nobis autem solliciti, securos nos etiam tandem videant. Magnus nos illic, ait Cyprianus g, charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum, frequens nos, & copiola turba desideiat, jam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra salute sollicita. Ad horum conspectum, & complexum venire, quanta & illis, & nobis in commune lætitia est, &c. Recitat eadem ex Cypriano Augustin. in libro de prædestinatione Sanctorum *h*, sed sermo de manibus sanctis, in quo item habentur, videtur potius Alcuini, quam Augustini, cum etiam ex ejusdem Cypriani Epistola 9. & ex Chrysostomi tractatu, seu Epistola de reparatione lapsi, non pauca extent in eodem sermone: quod ab Augustini consuetudine alienū est. Si Eldræ gloriosum, & jucundum erat cum similibus conversari *i*, quanto nobis, ut ratiocinatur Ambrosius *k*, gloriosius erit, & jucundius ad meliores pergere, & conversari cum iis, quorum facta miramur? Admirabilis, ac suavissima beatorum concordia efficit, ut communia sint de singulorum diversis præmiis gaudia. Ibi nulli superiori ulius inferior invidebit, inquit Augustin. *l*; sicut nunc non invident Archangelis Angeli ceteri, tamquam nollet esse unusquisque quod non accepit; quamvis sit pacatissimo concordiæ vinculo ei, qui accepit obstrictus, quam nec in corpore vult oculus esse, qui est digitus, quum membrum utrumque contineat totius carnis pacata compago. *Parvus & magnus* m, *ibierunt* maxime concordes, quoniam in multis mansionibus, ac diversis Patris n erit aliquo modo, ut scribit Gregorius o; ipsa retributionum diversitas, concors, tantaque vis amoris in illa pace nos sociabit, ut quod quisque in se non acceperit, hoc te accepisse in alio exultet. Præterea *dat Pater* benignus *hæreditatem filiabus inter filios*, sive *sororibus inter fratres* p, idest, inter masculos, ut idem Gregorius *q* declarat, etiam fœminis jura successionis tribuit, inter fortes, atque perfectos, infirmos, & humiles ad sortem supernæ hæreditatis admittit: *apud Patrem mansiones multæ sunt* r. Addit Pauli similitudinem de stella, quæ differt à stella in claritate. Anselmus r, usus similitudine illa ex membris corporis, quorum quodlibet ma vult esse, quod est, quam esse aliud membrum, concludit, quod aderit omnibus omnis sufficientia, quam perficiet in singulis unanimis & plena concordia. Bernardus *u*, excitat nos hac meditatione, quod nos beati cives, & spectant, & expectent quodque ipsis *facti spectaculum simus* x: concludit denique non esse rem parvam, quam sic insectantur hostes, cives sic præstolantur.

e de similit. cap. 94.

u sermo. 31 ex parvis.

x 1. Cor. 4. 9

Donec retribuas mihi.) Prius dixi cum Cajetano, quo pacto regnum Davidi liberaliter, & gratis promissum, potuerit dici retributio, seu priorum præmium meritorum. Id in Christo facilius intelligi potest, ac suo quoque modo in omni justo. Vidimus tamen aliquoties accipi hoc verbum pro simplici alicujus boni collatione, quam nullum præcedat meritum; & hic antea retuli, vertisse Aquilam, ὅταν ἐνεργασώμαι μι, *quum beneficerit mihi*. Apollinarius interpretatur de mercede;

Ἐν οἷς μισθὸν γενεὰ μιμνῶσα δικαίων,
Ex te mercedem meam generationes expectant justorum.

PSALMUS CENTESIMUS QUADRAGESIMUS SECUNDUS.

Psalmus David.

1. Quando persequebatur eum Absalom, filius ejus.

DOmine exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua, exaudi me in tua justitia.

2. Et non intres in judicium cum servo tuo: quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

3. Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi: 4. & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

5. Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabor.

6. Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

7. Velociter exaudi me Domine, defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.

8. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speravi:

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te levavi animam meam.

9. Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: 10. doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: 11. propter nomen tuum Domine vivificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: 12. & in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam, quoniam ego servus tuus sum.

f Heb. 11. 40. Aug. Ep. 99

g de mortal. sub finem.

h cap. 14

i 4. Esd 14. 9

k de bono mortis, cap. 12

l 22. de civ. cap. 30.

m Job. 3. 19

n Joan. 14. 2

o 4. moral. c. 31. vel 42

p Job. 42. 15

q c. 35. mor. c. 14. vel 24

r Joan. 14. 2

s 1. Cori. 15. 41.

Titulus, & Argumentum.

Psalmus David.

Vers. 1.) Quando persequebatur eum Absalom, filius ejus,

Argumentum.

Præmet titulus per se satis perspicuus, indicat argumentum; videlicet à David Psal. istum compositum, quo tempore persequebatur eum filius suus Absalom; vel certe hanc esse Ps. materiam, quam vis non tunc, sed fortasse postea is illum composuerit. Non est in textu Hebræo aliud quam מזמור ל דוד *mizmor le David*, *Psalmus David*, pro quo Trevetus & Faber ex Hieron. ponunt *Canticum*; & negant se Theodoretus, & in comment. Apollinarius in Hebræo exemplari, vel apud alios Interpretes inveniſſe hunc additionem; Euthymius quoque teſtatur in multis exemplaribus reperiſſe Psalmum hunc absque ulla inscriptione: sed quisquis cetera apposuerit, sive Doctor, aut expositor, ut Lyrano placet, sive ipsimet LXX. Interpretes, ut asserit Hilarius, admitti debent; & apte conveniunt persequtioni, quam Absalom in partem excitavit, permittente illam Deo, propter ipsius peccata, quæ quum Saul persequeretur eumdem, adhuc non commiserat. Parum vero refert, quod aliqui codices Latini Bibliorum, & Enarratorum habeant, *quando persequebatur eum filius suus Absalom*, vel *quando persequebatur eum Absalom*, sive *Abessalom*, ut Hilarius legit: vel tacito nomine *Absalom, quando persequebatur eum filius suus*, ut extat apud Brunonem, & Cassiodorum; quamvis ultimus rationem reddere nitatur, quare hic non sit expressum id nomen, sed in titulo Psalmi tertii, qui titulus similis est, *Psalmus David, quum fugeret à facie Absalom filii sui*: sub typo persequutionis istius concedimus agi de Christi passione, quem Judas, ut ait Augustinus populusque Judaicus, ut Gregorius fuerit persequutus. Eodem spectat consideratio de persecutoribus Ecclesiæ. Innocentius Papa III. post Haimonem, explicat de motu, & actu illicito, qui perturbet, ac persequatur animum, de quo nascitur, & procedit. Bruno idem sibi vult per pravam suggestionem, orientem ex consuetudine peccati jam dimissi, & filius ejus dicitur, eo quod ex fragilitate naturæ ejus vitiatæ proficiscitur. Nec alia mens Cassiodori, cum aliis, quos ita sensisse, tacitis refert nominibus pertinere, quæ hic dicuntur, ad omnem Christianum, qui à propriis peccatis in mundi istius acerbitate vexetur. Remigius hoc ipsum præ se fert. In etymologia nominis *Absalom* Gregor. vim facit, quæ est *pax patris*: & Ayguanus addit (nec adeo tamen proprie) *amaricationem patris*; & ad Judæum populum, Judam ve traditorem applicat. Relegenda, quæ dixi ad titulum tertii Psalmi. Idem judicium esto juxta eorum opinionem, qui simile afferunt argumentum præsentis argumento Psalmi præcedentis; ut fere arbitrantur Hebræi, ut Hebraizantes: præterea Apollinarius in commentario, licet in carmine paraphrastico interpretetur de persequutione, quam Absalom excitavit. Chrysostomus, aliquando idem insinuat: sed attingit aliam sententiam, quod sub totius populi captivi persona Psalmus canatur. Possunt hæc omnia ad mysticum trahi commode sensum. Ille porro sensus mysticus præcipue, & magis communiter placet, qui est de pœnitente suorum peccatorum veniam deprecante, optante à DEO doceri, quæ ipsum scire, ac sapere oporteat; cupiente profligari, atque disperdi, & propriè suos, & communes pietatis, veræque Religionis hostes. Unus est hic, ac postremus de Psalmis pœnitentialibus, habens hoc commune cum reliquis: ut luctuoso, tristique principio, extrema pars in lætitia, gaudioque respondeat; & ita *secundùm multitudinem dolorum consolationes lætificent* a; *sicut abundant passiones sic*, & *consolatio* b: denique *tristitia, quæ secundùm DEUM est, salutem stabilem operetur* c. Non est opus plura de Psalmis pœnitentialibus modo dicere. Moneo dumtaxat, in ordine Romano appellari sex veniales, qui recitantur in benedictione signi Ecclesiæ, sive campanæ, sunt vero 50. 55. 66. 69. 85. 129. ex quibus primus, & ultimus in numero quoque sunt pœnitentialium. Injugi solitos pœnitentiæ nomine Psalmos istos constat, cum ex aliis, tùm ex statutis Præmonstratenſium d, & ex Bernardo e. Innocentius observat per tredecim versus Psalmi præsentis designari, quod à persequutione spirituali oportet animum liberari per observationem decalogi, & fidem individuæ Trinitatis: vel per septem Spiritus Sancti dona, & sex opera pietatis. Atqui duodecim tantum vertus habet Biblica distinctio. Nec vero importune digrederemur hic incommoda persecutionis, ac tribulationis: præterea qua ratione liceat in persequutione fugere: nisi tùm in citato Psalmo tertio, tùm in aliis non semel uteraque de re disseruissemus. Diceres recte tribulationem *carmen in nobis* f: multisque contingere, ut nisi sic veluti perirent, plane perirent g: aut ut tunc bene navigent, quando naufragium faciunt h. De vi Musicæ hoc etiam loco captant disputandi occasionem nonnulli i: quod præstitimus alibi. Sed quod ajunt, Davidem ipso tempore persequutionis Absalonicæ hunc, & similis argumenti alios Psalmos composuisse, quod speraret ad filii manus perventuros, eumque illorum concentu delineandum parum habet probabilitatis: Athanasius connumerat istum Psalm. illis, qui colloquia cum DEO, preces, obsecrationesque complectuntur, & commodi sunt volenti δυσωπᾶσθαι, καὶ ἀποτυγχάνειν, supplicare, & orare. Utitur eo Ecclesia ad Laudes feriæ sextæ toto anno, & feria sexta Paraceves.

a 1 Tim. 1. 5
b 2. Cor. 1. 5
c cap. 7. 10

d c. 4. dist. 3
e Epist. 69

Quo tempore utatur Ecclesia hoc Ps.

f Job. 25. 10
g Sic Themistocles.
h Sic Zeno Cyticus.
i Didac. Vega in Genesis. 1. in hunc Ps.

Domine, exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua justitia.

GEmens interius, ac fortassis etiam exterius, David ob persequutionis æternæ acerbitatem, sed multò magis propter illius causam, quæ proprium peccatum erat, repetita ter supplici prece flagitat exaudiri à DEO; nec tam pœnam persecutionis gravissimæ amoveri, quam ut per pœnam illam Deus sibi satisfieri digna retur, & ipsam acceptaret pro culpa, quamvis jam condonata. Porro ad persuadendum, interponit non merita propria, sed liberalem, veracem fidelem DEI promissionem, qua sponte obligavit seipsum pœnitentibus benigne ignoscere, non summo jure, ac ne quidem, quo utuntur inter se homines, agere: ita ut postquam promisit, exigi ab ipso secundùm quandam justitiæ rationem possit rei promissæ præstatio, & executio. Sentetia satis plana est, adhucque diluce- Cicet magis, ubi de singulis partibus egerimus.

Sensus loci.

Domine, exaudi orationem meam.) Tale principium Ps. centesimi primi. Sed hoc loco pulsus David regno suo, petit, ne se velut alterum Cain k, pellat, & proficiscitur Deus à facie sua, ne privet benigna exauditione, ne orationem rejiciat. Et quia non ignorabat, nihil DEUM ignorare, non exprimit quid velit, quid oret, quid petat. Ipsa flebilis vox, ipse supplicantis gestus, & habitus, ipsum desiderium ante Deum, *& gemitus ab illo mimime abscenditur* l, declarabant satis, superque, quid intenderet. Quemadmodum ex Magdalenæ lacrymis, quibus Domini rigabat pedes, etiam sil. illa diserté non postularet peccatorum remissionem, intellexit Dominus, hanc maxime cupere: propterea que desiderio respondens dixit: *Remittuntur tibi peccata* m. Non est repetenda distinctio inter orationem, & obsecrationem, de qua egimus alias; & connumerantur ab Apostolo n cum postulatione, & gratiarum actione. Sunt sæpe synonymæ voces, ut Rickelius notat; quem admodum προσευχὴ, & δέησις, תפלה *thephillah*, & תחנון *thachanun*. Gregorius tamen vult, orationem fieri pro perseverantia virtutum, obsecrationem pro indulgentia peccatorum. Bruno, Haimo, Remigius, Innocentius, primam esse, quæ cum supplicatione proponitur, ut *Exaudi quæsumus, Domine supplicum preces*: & secundam, quæ cum admiratione profertur, ut *Per Crucem, & passionem tuam libera nos Domine*. Agellius, in priore spectari cultū, venerationemque divinæ majestatis: in posteriore, quando humiliter, ac supplicantis modo petimus id, quo indigemus, Cassiahus o, orare nos, ait, quidpiam vovendo: obsecrare, implorando, seu petendo veniam pro peccatis; postulare pro aliis: gratias agere pro beneficiis præteritis, vel pro futuris, quæ iparantur. Tandem Augustp alibi vix agnoscit discrimen, sed vocabulis diversis unam, eamdemque rem intelligi; hoc est, precationem, qua nobis Deum, aut aliis propitium reddere conamur. Id Theophylact. q quoque docet, quamvis concedat singulis nominibus aliquam distinctionem accommodari posse, præsertim in sacrificio. Obsecrationem Primasius r firmiorem facit oratione, dicit etiā, quod obsecratio est pro peccatis præteritis, vel præsentibus; oratio pro adipiscendis, quæ speramus: postulatio, & gratiarum actio, sicut ex Cassiano retulimus. Ut oratio exaudiri possit, multæ quasi comitetes aliæ virtutes ei adhibendæ sunt, ex quibus Gulielmus Pepinus a enumerat contritionem, humilitatem, contēplationem, misericordiam erga pauperes, perseverantiam, discretionem circa res petendas. Legat, cui vacat.

k Genes. 4. 14. 16

l Psal. 37. 10

m Luc. 7. 38. 47
n Philip. 4. 6
1. Tim. 2. 1

o collat. 9. c. 11. 12. 13. 14

p Epist. 59 ad quæst. 5

q in 1. ad Timoth. 2

r ibid.

a lect. 105. super Psal. pœnitent.

Auribus percipe obsecrationem meam.) Hieron. *auscultа deprecationem meam*. Vetus Psalt. & Augustin. *percipe*. Monet vero hoc esse *exaudi*, quod *percipe auribus*: & repetitionem, confirmationem esse. Videlicet hinc perspicitur, quod prius dixi, obsecrationem esse synonymam orationi; quamvis distinctio nonnulla possit admitti: atque idem ajo de *exaudire*, & *auribus percipere*, de quibus alias quoque actum. Quamquam nescio quid magis exprimit, *auribus ipsis percipere*: & admonet Principes, ut subditorum causas ipsimet immediate, quantum fieri potest, audiant: ne si nolint, merito audiant, quod fœmina Philippo Macedonum Regi dixit, sese quo minus audiret excusanti.) Nec Rex quidem esse velis b. Parentes semper natura fecit aures, & immobiles homini. Illi, qui inter homines Princeps est, has potissimum convenire conditiones oporteret, Jovem sine auribus finxere veteres: at non sine meatibus aurium, ut liberior potius esset ad audiendum tam qui retro, quam qui præ oculis ejus sorent. Pessimum serpentis genus aspis, quæ obturat aures c, digna conculcari d. Extremum auriculæ dextræ, pollicemque manus, ac pedis dextri Aaronis, atque filiorum, sanguine arietis Moyses tetigit e. Tanti nimirum refert memoria passionis Christi, has, ut Sacerdotes, & alii quoque magistratus liniant partes, quibus interiorum causas & audiant, & expediant, atque præterea intelligant, inde pendere sanguinem & vitam, tùm propriam, si defuerint officio, tùm aliorum, si fuerint abusi potestate. Gregorius notat præterea, in hac oratione, ut DEUS auribus percipiat, delinquentium innui debilitatem, qui ad similitudinem ægrotantium, quadam omnipotentis Medici indigent condescensione, quum se non valeat ed eum peccator levare. Id nos quoque

Principes subditorū causas audire de bēt.

b Plutarc.

Jupiter sine auribus cer pingi solebat.

c Ps. 57. 5
d Ps. 90. 13.
e Levi. 7. 23. 24.

Id nos quoque

f Ps. 5. 2. Ps. 16. 2. Ps. 18 23. Ps. 28. 2 Ps. 53. 4. Ps. 87. 9. Psalm. 87. 3
g Psal. 16. 6. Ps. 30. 2. Ps. 70. 2. Ps. 77 2. Ps. 81. 1.
h Ps. 129. 2

alibi observavimus, ubi eadem phrasis erat f, vel *inclinandi aures* g, vel ut *fiant aures intendentes* h.

In veritate tua.) Hæ voces apte junguntur prioribus, ut postulet Propheta auribus percipi à Deo obsecrationem suam in veritate ipsius. Quamvis parum referat, si conjungat sequentibus, *in veritate tua exaudi me*, *in tua justitia*, ideſt, & in tua justitia. Alius transtulit apud Chrysost. ἐν τῷ πιστεύειν σε, *in fide tua*; item, ἐν τῷ βεβαιώσαι σε, *in stabilitate tua*. Veritas per se nunc significat veritatem DEI, ac fidelitatem in promissis: quia pollicitus est, inquit Euthym. exauditurum se illos, qui nomen ejus recte invocarent: & rursus privatim idem ipsi proferat. Niceph. quoque primam affert causam, quæ satis communis est, atque à Gregorio sic traditur: quoniam in hoc vera apparet promissio, ut converso tribuatur remissio peccatorum. Innocentius consentit, vocans Christum antonomastice ipsissimam veritatem, sicut & ipse seipsum nominavit i, & cui convenit multiplex ratio veritatis in essentia, doctrina, scriptura, censura, promisso, mandato testimonio, sacramento, corde, ore, opere. De Christo, ut nempe per illum, ac propter illum Deus exaudiat, exponit putatus Hier. Hilarius indicat opponi verum falsis Diis, & Idolis. Posset deinum exponi, *in veritate tua exaudi me, in tua justitia*, hoc est, omnino vere exaudi me, prout requirit tua justitia. Infinuat Apollin-

i 1 Joan. 4. 6

A Ἔτεκες καλέσαι σε ἐμῆς ὑπόθεσιν λιτῆς.
Vere invocantis meis concede precibus.

Exaudi me.) Aliud est hic celebræum verbum, quam prius, nempe non שמע *seemahh*, sed cum affixo, ענני *khaneni*, *responde mihi*. Respondet autem orantis voluntati, qui exaudit, præcipue DEUS, cujus dicere, est facere, ut notat Cajetanus.

In tua justitia.) Sic Daniel k, *Domine in omnem justitiam tuam*, (*in omni justitia tua, pro multiplici justitia tua, propter perfectam justitiam tuam,*) *avertatur, obsecro, ira tua, & furor tuus à civitate Jerusalem*, &c. ideſt, fac prout ipsimet debes tibi, ut præstes quod promisisti, *justificare in sermonibus tuis* l, & justus cognoscaris, implendo illos. Ibidem Theodotio vertit, ἐν πάσῃ ἐλεημοσύνῃ σου, *in omni misericordia*. Hoc autem etiam loco Chrysost. (quod de illo quoque notat Euthymius) & Basilius, poni putant *justitiam*, ut ἐλεημοσύνην significet, quemadmodum alibi multis in locis: quod & nos vidimus, monuimusque. Probat uterque, quoniam dicturus est mox Propheta, *non intres in judicium cum servo tuo*, &c.

k cap. 9. 16

l Ps. 50. 6

& quia apud homines justitia caret misericordia: apud DEUM misericordia illi admixta est, & quidem tanta, ut ipsa etiam justitia vocetur clementia. Occurrerunt sæpenumero in aliis Ps. *veritas, & justitia*, suntque a nobis expolita modis multis, tùm vero sicut nunc expositus. Quod Auguſt. Greg. & alii per *justitiam DEI* intelligunt illam, quam ex ipsius gratia, non ex nostris meritis habemus, vel ex meritis Christi, qui *factus est nobis justitia* m, quod idem Greg. n alibi magis demonstrat, continet plane veram sententiam; quoniam qui suam vult *statuere justitiam, justitiæ Dei non subjicitur* o, propterea que reprobatur. Sed quæ diximus, magis quadrant sensui literali, ut inquam, *justitia Dei* sumatur vel pro veritate, seu fidelitate, quæ pars quædam est justitiæ, vel pro misericordia. Non absimilis in Baruch p oratio, *Adducet enim Deus Israel cum justunditate in lumine majestatis suæ, cum misericordia, & justitia, quæ est ex ipso*: ideſt, quæ ipsius promissis respondeat. Euthym justitiam attendit in Deo, quatenus non patitur quemquam affici injuria ab alio, nec tantum parentes vetat lædi à filiis, quod faciebat pessimus filius Absal. sed nec quemquam ab extraneo. Niceph. brevius idem perstringit, ut orans dicat: *Exaudi me, ὡς σῶν ἀδικουμένων ἀκροατὴς, ut affectos injuria judicans, & vindicans*. Lyranus illud clarius exprimit de filio, nempe, ut Deus in veritate, & justitia, quæ idem sint, liberet a persecutione illius, quum præceperit à filiis parentes honorari q. Quod non fuit; imprecari filio mortē, à quo enim tam enixe præcepit militibus, ut eum liberti abire finerent, & eum omnino servarent r, quum veto de illo nuntius allatus est, adeo defevit; sed petere, ut inobedientis, ingratique filii animum in melius commutaret. Alioquin parentum in filios maledictio, & benedictio magni semper æstimata est, perinde, ac si Deus utrique communicare vim suam propriam; qua benedicendo, aut maledicendo, bene quoque, vel male re ipsa operatur, quemadmodum spiritualem Deus communicat nonnullis rebus sacris, & Papali, atq; Episcopali æternæ benedictioni. *Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta* t. Suppetūt complura hujus rei exempla. Sed illustrissimum, quod narrat Augustin. u, & alia duo in vita Zenobii Episcopi Florentini v, & adeo celebre illud dæmoniacæ Laudunen. in Gallia, Anno 1566. Si Davidem imprecatum velis, potuit id juste facere, quamvis non mortem, sed quidpiam aliud imprecando intellexerint. Tunc vero etiam censeri posset orans exaudiri in justitia DEI, confirmavisse tantum non prolato *Amen* maledictionem, quæ recitatur in Deuteronomio y, *Maledictus, qui non honorat patrem suum, & matrem: & dicet omnis populus, Amen*. Disputant Petrus Vega z, & Didacus Vega a hoc loco de gravitate tum culpæ, tum pœnæ in inobedientia, ingratitudine, odio, persecutione filiorum adversus parentes: quæ res latissime patet.

Per Dei justitiā quæ nam intelligatur.

m 1. Cor. 1. 30
n 16. moral. c. 14. vel 15.
o Rom. 10. 3

p cap. 5. 9

q Exo. 20. 12 Deut. 5. 16

r 2. Reg. 18 5. 13

s Ecclus 3. 2. 3

Parentum in filios maledictio, & benedictio magni semper æstimata.

t Eccl. 3. 11
u 2. de civ. cap. 8
v in vita ep. Surium, 25. Maii.

y cap. 27. 16

z discurs. 4 a Conc. 1.

Vers. 2.) Et non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

RECTE postulavit exaudiri non in sua, sed in justitia Dei, prout justitia propria importat merita, & justitia Dei misericordiam ejusdem, vel complementum promissionum ipsius. Nam si ad merita velit respicere, & exactæ justitiæ habere rationem, quæ deberet exercēri erga nostra mala merita, sive demerita, non modo ipse, qui ie magnum agnoscit peccatorem; sed nec alius ullus homo quamlibet justus, simpliciter, absoluteque justus, censeri posset. Immo comparatione facta ad illam justitiam, eamque, qua Deus justus est, justitiæ nostræ omnes habentur, *sicut pannus menstruatæ* b, (tametsi hoc apud Etaiam dicatur in persona hominum sceleratorum, propter quos populus tradendus erat in manu Regis Babylonis, & de justitiis legis; quæ non recte sicbant) nec est, qui non jure dici peccator possit. Sed quia etiam in ipsimet *Angelis Deus pravitatem* si exquirat, *reperiet* c, ideſt, non tantum in iis, qui lapsi, sed in sanctis; quia secundùm naturam spectati peccare potuerunt, & possunt. Inter homines aliqui sunt re ipsa criminibus obstricti, ut homicidii, adulterii, furti; sed habentur apud alios justi, quia crimina illa occulta funt, vel probari non possunt. Qui justi sunt in hac vita, & via, hoc ipsum ignorant: *& si justificare se voluerint, os eorum condemnabit illos; si innocentes, ostendere, pravos se comprobabunt* d: *si habuerint quidpiam justum, non respondebunt, sed suum Judicem de-*

Senſus loci.

Singulorū hominum justificatio incerta.

a Psal. 93. 19
b 1. Cor. 15
c cap. 7. 19

d Job. 9. 20 21

preca-

precabuntur a: item verè sciunt, quod ita sit, & quod *non justificetur homo compositus DEO, b* sive *comparatione ipsius* c. Necdum cognoscunt, *an amore digni sint* d: præterea optime noverunt, quamvis nihil sibi conscii sint, non in hoc justificatos se esse, quia *qui judicat illos, Domine* e 2.Cor. 4. 4 *minus est* e: deinde intelligunt, *justum septies in die cadere* f: posseque quotidie non humiliter dumtaxat, verè etiam orare *dimitti sibi debita sua* g: quod *in multis offendunt omnes* h: quod *qui dicit se peccatum non habere, mendacem facit Deum* i: quod *quisquis habent, acceperunt à Deo* k, maxime vero dona gratiæ, *quæ sunt, optima, & perfecta* l, ac proinde non se justificant coram illo; quasi ex se justi, sed justificatori gratias agunt: quod licet in operibus meritoriis cum gratia factis sit condignitas quædam, non tamen exacta, & quam vocant rigoroſam, ratio justitiæ, *quum non sint condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam* m, nec possit Deus ab alio, quam à suamet ipsius voluntate obligari. Quod ad justos demum spectat jam beatos, quique nullo amplius, vel leviſſimo peccato inquinari possunt, non justificantur in conspectu Dei; quoniam non sibi ascribunt, sed illi justitiam suam: & ejusdem Dei comparatione, omnis eorum justitia videri potest esse injustitia: ita ut, quod ante dicebam, *in Angelis* quoque sanctis *reperiri pravitas* o censeri queat, nec *stellæ mundæ esse in conspectu Dei* o. Nihil ergo hinc efficiunt hæretici, ut probent solam in homine imputatam justitiam esse, non verам, omniaque opera eorum, qui dicuntur justi, esse peccata mortalia, & digna supplicio æterno, si Deus velit imputare; impoſſibilem esse non modo consiliorum, operumque, quæ vocantur super erogationis, observationem, sed etiam præceptorum legis. Non dixit David, nullum esse vere justum, sed potius alibi scripsit, quod *retribueret sibi Dominus secundum justitiam, & puritatem manuum suarum, quia custodivissem vias ejus, nec impie egissem ab illo, & immaculatus futurus esset cum eo* p; vocavit præterea, *immaculatos in via* eos, *qui ambularent in lege Domini* q: & his similia multa cecinit. Adhæc, non affirmavit, quod nullus absolutè, ac vere justificaretur, sed *in conspectu Dei*. Quod variis illis modis, quos attuli, potest, intelligi, præsertim tribus: quia justitia hominis, licet vera, datur gratis à Deo, ut hoc loco declarat Augustin. & non ex operibus legis, aut naturaliter factis: secundùm quem modum *potest habere homo gloriam, sed non apud Deum* r; quia non est pura, sed venialibus permixta peccatis ut Gregorius & Hieron. s, rursumque Augustinus alibi; quia quamvis vera sit, & pura; comparata ad justitiam DEI, non videtur esse justitia; sicut lucernæ, ac stellæ lux non lucet coram Sole, ut Hilarius, putatulque Hieron. Arnobius, Euthymius, & alii, necnon Bernardus u, adhuc Augustinus x, qui affirmat in comparatione justitiæ Dei, nec sanctos in cœlis Angelos justos dici, & cujus participatione justi sunt, ejus comparatione nec justos esse. Quod ad alia potest attributa trãsferri, & ad ipsum esse, quoniam respectu Dei quidquid est creatum, nihil est. Quo pacto Gratianus y charitatem, fidem, & similia gratiæ dona, quæ amitti possunt, hac de causa negat esse veras virtutes, & omnem creaturam virtiosam vocat comparatione illius, qui mutabilitatem nesciat; atque in hoc sensu citat præsentem locum: licet concedat, creaturam suo modo bonam esse, ac veram, & charitatem pariter, etiamsi deseri possit; quia quod nullo modo vere est, nullo modo deseri potest. Hinc potius argumentum trahi potest adversus eosdem nostri temporis hæreticos, qui negant, quod Christus in hominum peccata inquiret, quum omnes judicaturus advenerit. Isto utitur argumento Fevardentius z, præterea contra inanem eorum securitatem, quam cuivis dant de sua electione, seu prædestinatione, quodque sit vere justus, & in gratia. Eadem ratione Athanas. aut alius in quæstionibus ad Antiochum a probat Christi divinitatem, quia solus expers fuit peccati, nulluſque justificatur in conspectu Dei, præter ipsum. Quamvis si de creata ipsius justitia sermo sit, idem dici potest, quod de justitia aliorum, excepto, quod nec ullum peccatum admixtum habuit, nec habere potuit propter visionem beatificam, & multo magis propter unionem hypostaticam. Chryl. *b* alibi eodem refert eum præsenti loco verba Pl. sexti c, *miserere mei Domine, quoniam infirmus sum*: asserens hac voce omnes egere, etiamsi innumerabilia recte, & ex virtute fecerimus, & vel ad summam perveneramus justitiam. Citat præterea ex Pl. 129. *d Si iniquitates observaveris Domine, Domine quis sustinebit*: ex Paulo e, *nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum*: ex Proverbiis f: *quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato?* Ait præterea g, opera Dei esse veritatem, idest, *clementiam, & judicium* h, quoniam si sola juris ratione ulus esset prout hic ipse locus, & citati 129 Pl. notat, omnia periissent. Videtur Andreas Cæsariensis i innuere rationem illam de præmio beatæ gloriæ, quod longe superet, & cui *condignæ non sint passiones hujus temporis* k. Iterum Gregorius l, indicat aliam de levibus peccatis, in quibus & quidem *multis offendimus omnes* m, *& legem patimur in membris nostris repugnantem legi mentis nostræ* n, ut idcirco adhuc sit in nobis aurora, & quodam quasi tenebræ, nondum plena lux, dieſque. Item o quod nemo intelligat, quid de se, suis meritis exigentibus agatur apud DEUM: quid hic de ipso in occultis sentiat; quam distinctè apud illum acta justitiæ ejus pensentur; quod væ sit etiam laudabili vitæ hominum, si remota pietate judicetur (quæ sententia videtur ex August. p transcripta) quia distinctè discussa, inde ante oculos judicis, unde le placere sulpicatur, objiciatur: quod *nescit homo utrum amore, an odio dignus sit* q: quod *nullus hominum intelligere possit viam suam* r; quia etiamsi recta se quisque opera agere intelligat, sub districtio tamen examine, quo tendat, ignorat. Sed & idcirco notat s *aurum obrizum* apud Job t de Angelis intelligi, hominesautem hic aurum quidem esse posse, sed non obrizum quoniam Angeli fulgent charitate justitiæ, nullumque habuerunt unquam contagium culpæ: homines vero justi quidàiu in hac carne corruptibili mutatur vivunt, quamvis ex magnæ justitiæ claritate respiendeat: nequaquam tamen ad purum peccatorum sordibus carent. Profert ex Jacobo u testimonium, *in multis offendimus omnes*: ex Joanne x quod *si dixerimus, quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est*: ex Sapientia y, quod *corpus corruptibile aggravat animam, deprimit que terrena inhabitatio sensum multa cogitantem*, denique ex Pl. hoc nostro locum, quem tractamus. Postremo z docet, magnum cuique in sua morte terrorem esse, quem & Christus in agonia prolixius orans a voluerit nobis indicare, cum aliis de causis, tùm quia tunc Considerat, quod viam vitæ prætentis nequaquam sine culpa transire potuit, & nec hoc quidem sine aliquo reatu nostro est, quod laudabiliter gessimus, si remota pietate judicemur. Argumentatur vero à majore ad minus ex præsentis Davidis de seipso sententia, & ex antea citatis Pauli b, Jacobi c, Joannis d. Quid ergo facient, inquit, tabulæ, si tremunt columnæ? aut quomodo virgulta immobilia, stabunt, & hujus pavoris turbine etiam cedri quatiuntur? Ea de causa sub mortem Augustin. Pl. de pœnitentia recitare voluit, dicere solitus post perceptum baptismum etiam laudatos Christianos, & Sacerdotes ablique digna & competenti pœnitentia exire de corpore non debere e. Hieronymus diputans contra Pelagiano f diligenter de re tractat, demonstratq; hominem in hac vita secundùm varias considerationes perfectum, ac imperfectum esse, dicique citat Paulum g scribentem se nondum *accipisse, aut jam perfectum esse*, simul tamen ut quotquot perfecti sunt, hoc sentiant, & c. hanc enim hominis veram sapientiam esse, imperfectum esse se nosse, atque cunctorum in carne justorum imperfectam perfectionem esse: denique duas in Scripturis sanctis esse perfectiones, primam, quæ sit incomparabilis veritas, perfectaque justitia DEI virtutis coaptanda: secundam, quæ competat nostræ fragilitati juxta illud, quod habetur in istius Pl. sententia, ita ut *non justificetur in conspectu DEI omnis vivens*: ad eam justitiam quæ non comparatione, sed Dei scientia dicitur esse perfecta: Subdit Job & Zachariam, & Elisabeth i justos dictos esse secundùm eam justitiam, quæ possit in injustitiam aliquando mutari, & non secundùm illam, quæ numquam mutari potest, de qua dicitur: *Ego Dominus, & non mutor* k, In Epistola l, qua explanat parabolam m de filio prodigo & filio frugi, dicensque inter alia, mirum non esse, si in Apostol. invidiæ malum potuerit subrepere n, id confirmat ex Job o, negante *sidera In conspectu Dei munda esse*, & affirmãte in *Angelis Deum pravitatem reperisse*. Mox, allato præsenti loco, perpendit, non hic dici, *non justificabitur omnis homo, sed omnis vivens*, idest, non Evangel. non Apostolus, non Prophetæ, non Angeli, non Throni, non Dominationes, non Potestates, cetereque virtutes. Solus Deus est, ait, in quem peccatum non cadit: cetera quum sint liberi arbitrii, in utramque partem possunt suam flectere voluntatem, &c. Unde & ab Apostolo, *solus justus solus* dicitur *immortalis*, non quod angeli sint injusti, & mortales: sed quod ipse sit immortalis, justus, cui collata universa justitia, iniquitas invenitur. Idem fere adversus eosdem hæreticos Augustinus z respondet de isto & similibus locis, quod ex iis probatur non dari perfectam justitiam in hac vita, plenamque cui prorsus nihil addendum, ita ut usque ad ultimum vitæ hujus diem necessarium non esse quis dubitet, veraciter dicere: *dimitte nobis debita nostra*. Repetit eamdem doctrinam in opere de Trinitate e, quod post hanc vitam ipsa justificatio nostra perficietur ineffabiliter, quando *similes DEO erimus* d: nunc quamdiu *corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, & vita humana super terram tota tentatio est* f, *non justificari in conspectu DEI omnem viventem*, in comparatione justitiæ quæ æquabimur angelis, & gloriæ, *quæ revelabitur in nobis*. Sed & justitiam, quæ à Deo datur nobis, nostram recte dici monet g, sicut *panem nostrum* vocantes, dari nobis petimus h: hic tamen etiam orari, *ne intret Deus in judicium cum servo suo*, exigendo omnia, quæ jussit, quia opus nobis est misericordia Dei potius, quam liquidissimo judicio, & quamdiu hic vivitur: nemo perfectè justificari potest ea justitia secundum quam vivunt angeli, ubi nulla est concupiscentia, &c. Ambrosius i posci misericordiam hic, judicium refugi docet, quia nemo est quàvis justus, non obnoxius peccato, cujus ve vita talis sit, ut digna judicetur DEI similitudine, nimirum perfecta.

Quærit præterea X, quomodo David cum alibi *l* canat *misericordias Domini multas*, simul postulet *secundùm judicium ejus vivificari*; hic autem, ut *non intret in judicium cum servo suo*. Respondet, aliud esse illud judicium bene. ficiorum DEI, cui respondere non possumus, quale est naturæ, salutis, & gratiæ: aliud, quo fragilitatis nostræ æstimatione centemur, Origenes *m*, ostendens quo pacto dicat Deus apud Ezechielem *, *justificandi secretes tuas in omnibus iniquitatibus tuis, quas feci*, hoc est tu, ô Jerusalem, Samariam, & Sodomam, ait, quod ut iniquitas habetur pro justitia, comparatione majoris iniquitatis, ita justitia, comparatione majoris justitiæ, pro iniquitate: atque sic *non justificari in conspectu DEI omnem viventem*, idest, in conspectu, & comparatione Christi, & lucem Abrahæ Moysis, cujus vis alterius justi, quum ejus luce compositam tenebras reperiri, nec lucere ante illum, quemadmodum lumen lucernæ ad Solis radios obscuratur, & contenebrelcit: idcirco etiam dictum discipulis à Christo *, *sic luceat lux vestra coram hominibus*, non absolute: & de Christo scriptum à Joanne n, quod *lux in tenebris lucet*. Hæc qui diligentius, longiusque, inquit, discusserit, non poterit insta vi, videns lumen suum ad comparationem majoris luminis tenebras reputari. Quid est justitia mea, etiamsi Paulus Apostolus fiam? quid castitas, etiamsi Joseph? quid fortitudo, etiamsi Judas Machabæus exiſtam? quid alia virtus sapientiæ, etiamsi Salomon appaream, ad comparationem DEI, & ad eorum, qui meliores sunt? Observat idem o hic dici, quod *non justificabitur in conspectu DE Iomnis vivens*: non autem *omnis homo*, vel *angelus*: quoniam sicut qui particeps vitæ, non est ipla vita, eodem modo qui compos est justitiæ, ipsi justitiæ æquiparari non potest, nimirum Deo, qui est essentialiter utrumque. Tandem inculcat p eamdem distinctionem verbis multis, & graviter, prout primo loco; & hanc ob causam, quamvis quis sit justus, & sanctus non solum inter homines, sed & in supernis, atque eminentioribus creaturis, ad comparationem DEI certum esse eum justificari non posse: solum agnum, idest, Christum, librum aperire potuisse q, utpote qui sit solus justificatus in conspectu DEI Patris; omnem creaturã ex comparatione inferiorum justificari, sed beatum esse, qui non ex comparatione pessimorum, sed meliorum justus appellatur. Adjicit, neminem justum esse, prout Apostolus r, quem explanat, scribit, vel *justificari in conspectu Dei omnem viventem*; quoniam donec quis vivit in corpore justificari nõ potest, nec pronuntiari justus, scilicet ob exitus incertitudinem, propter quam vetat /Sapiens, *beatificari*, seu *laudari*, s, *hominem ante mortem* (quod Soloni quoque tribuitur) & Christus t pronuntiavit minimum in regno Dei majorem illo, qui adhuc in corpore est, etiamsi Joannes itlesit. Hieronymus quidem adhuc exponens u hanc sententiam secundum Dei scientiam, & judicii, non sit mundus, & purus ipsi, qui novit conscientias singulorum, videtque in corde, non tantum in facie x, is, qui talis videtur hominibus; prout & apud Jeremiam y; DEUS ait: *maculata es in iniquitate tua coram me*.

Sed cum aliam explicationem istius loci, quam puallo ante retulimus ex Origene, Augustino, immo & ex ipsomet, nempe ut ad comparationem DEI *non justificetur omnis vivens*, abscribit veteribus, novisque hæreticis, & patronis hæreticorum z, intelligit proculdubio illos, qui contendebant, in hac vita obtineri posse tantam perfectionem, ut absque omni prorsus peccato viveretur licet facta comparatione ad Deum, nullus justificaretur; quod non minus affirmari poterat de Angelis, & aliis beatis. Alioquin ea expositio vera est, sed simul cum aliis, seu illis non rejectis. Alius ejusdem loci nostri sensus ab eodē Hieronymo *a* traditus non adeo probabilis; non hic dici, quod *non justificabitur, quispiam*, sed *omnis vivens*, idest; non justificabuntur omnes, justificabuntur vero aliqui. Communis aliorum opinio est, de omnibus esse sermonem, sive quod nullus justificabitur, & in scriptura frequenter ita sumitur *non omnis*, pro *nullo*, ut alias notatum est. Illa ejusdem Hieronymi eodem loco responsio magis placet, ad quæstionem, quomodo Paulus scribat, quod *elegit nos Deus in Christo ante constitutionem mundi, ut essemus sancti, & immaculati coram ipso*, cùm hic dicatur, quod *non justificabitur in conspectu Dei omnis vivens*. Respondet, non scribere Paulum, quod *elegit nos Deus, quum essemus sancti & immaculati*: sed, *ut essemus sancti, & immaculati*, hoc est, qui sancti, & immaculati ante non fuimus, ut essemus: atque id de peccatoribus ad meliora conversis dici quoque posse: tunc vero sensu esse, quod in tota vita sua, in omni, quo in mundo isto conversatus est tempore, *non justificabitur in conspectu Dei omnis vivens*. Sed quamdiu vivet, id obtinebit per opera, atque virtutes. Quamvis revera pro statu præsentis vitæ possit quis, & soleat propriæ justus censeri, & esse: atque si factor sit legis, non auditor tantum *b*, justificari coram Deo in Concilio Milevitano canone 7. & 8. definitur veracitur quemlibet etiam pro se ipso petere, dimitti sibi peccata sua, propter sententiam Psalmi hujus atque aliam citatam ex Jacobo *c*, quod *in multis offendimus omnes*: & ob orationem Salomonis *d*, qua negat, *hominem esse, qui non peccet*, & Danielis *e*, qui seipsum cùm aliis fatetur peccavisse, & quia Job *f*, quod *Deus in manibus omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam*. Repetitur idem in Concilii Africani can. 82. & 83. Bernardus g diserens de illa beatitudine, qua *eruntur & sitiatur justitia h*. Sed quid, inquit, potest esse omnis justitia nostra coram Deo? nonne juxta Prophetam *i volut pannus menstruata* reputabitur; & si districte judicetur, injustitia invenietur omnis justitia nostra, & minus habens? Quid ergo de peccatis erit, quando ne ipsa quidem pro se poterit reperire justitiæ? Tum hortatur, ut obnixe cum Davide clamantes: *non intres in judicium cum servo tuo, Domine*, tota humilitate ad misericordiam recurramus, quæ sola potest salvare animas nostras. Idem Pater *k* explicans, quo pacto dicatur *justitia Dei*, sicut *montes Dei*, videtur distinguere justitiæ varios gradus. In primo gradu videtur esse justitia moralis, & physica, vera quidem secundum quid, sed conjuncta cum peccatis etiam mortalibus. In secundo supernaturalis, & Christiana, quum qua tolent esse venialia, potestque recta dici, sed non pura. In tertio pura, sed instabilis, qualis in primis parentibus initio fuit, & in dæmonibus. In quarto pura, & firma, sed admittens augmentum, cujusmodi ea, quæ fuit B. Virgine, & ut quidam volunt in Joanne Baptista: hoc tamen discrimine, quod B. Virgo nunquā non habuit justitiam, quia sine peccato concepta. In quinto immutabilis, & consummata: verum privata, & particularis, ut beatorum. In sexto universalis, & ut ita dicam capitalis, ac pertinens ad alios, ut Christi, qui est caput humani generis, præcipue justorum, & electorum. In septimo naturalis, tubstantialis, infinita, propria solius Dei. Notat quoque hic nominari *omnem viventem*, ut noverimus nec ipsos angelicos spiritus excipi. Alcuinus in commentario interpretationem affert ab aliis differentem, ut significet David, omnes genus humanum originali peccato obnoxium; ideo nullum, nisi gratia Dei liberatum justificari posse: & cùm nullus justificari dossit de radice vitiata natus, multo magis seipsum peccatorum suorum pondere oppressum. Augustinus demum hoc loco vult, sermonem esse de homine in hac carne vivente ut sic, & ut de Adam vivit, & Adam cognominari potest. Id Innocentius Papa paullo fusius declarat. Quæ dicta sunt hactenus incutere timorem salubre valent, & efficere, ut quod Hieronymus *m* monet, nullus quamvis sanctus, securus pergat ad judicem. Nam si Deus mortalem judicaret sine misericordia, inquit Phi-

a *de natur. & grat. cap. 60*
b *Matt. 6. 12*
c *de Trinit. cap. 3*
d *1. Joan. 3. 2*
e *Sap. 9. 15*
f *Job. 7. 1*
g *serm. 49 de temp. cap. 6. & 8*
h *Matt. 6. 11*
i *in psal. 36*
k *in psal. 118 octon. 10*
l *psal. 5. 11*
psal. 118. 137
m *hom. 9. in Ezech.*
* *cap. 16. 61*
* *Matt. 5 16*
n *Joan. 1. 5*
o *Jom. 2. in Jeen.*
p *hib. 3. in ep. ad Rom. c. 3*
q *Apoc. 5. 5*
r *Rom. 3. 12 20*
f *Eccl. 13. 30*
t *Matt. 11. 11*
u *in Jerem. cap. 1. & 13*
x *1. Reg. 16. 7*
y *cap. 2. 22*
z *in Jer. 13*
a *in epist. ad Ephes. cap. 2*
b *Rom. 2. 13*
c *cap. 3. 2*
d *1. Reg. 8. 46*
e *cap. 9. 5*
cap. 57. 7
f *serm. 1. de omnibus sanctis.*
h *Matt. 5. 6*
i *Esa. 64. 6*
K *serm. 5 de verbis Esaiæ 1 pf. 25. 7*
Istius variis gradus.
L *Rom. 8. 18*
l *22. moral. cap. 2*
m *Jacobi 3. 1*
n *Rom. 7. 23*
o *Greg. super cap. 9*
p *9. conf. c 3*
q *Eccl. 9. 1*
r *Pro. 20. 24*
f *Gregor. 18 moral. cap. 28. vol. 29*
t *cap. 28. 15*
u *cap. 3. 2*
x *1. Epist. 8*
y *cap. 9. 25*
z *Gregor. 24 moral. cap 7 vel 7. & 18*
a *Luc. 12. 34*
b *1. Cor. 4 4*
c *cap. 3. 2*
d *1. Epist. 1. 8*
e *Possid. in vita cap. 5*
f *lib. 1*
g *Phil. 3. 12.*
Vera hominis sapientia, imperfectum se nosse. Duplex in scriptur. sanctis perfectio.
h *Jean. 1. 1*
i *Luc. 1. 6.*
K *Mal. 3. 6*
l *Epist. 146*
m *Luc. 15*
n *Matt. 20 20. & segq.*
o *cap. 25. 5*
p *in Psalm. 6 & vers. 3*
d *vers. 3*
c *1. Cor. 4. 4*

Plinio *a*, citans Ps. 100. verba prima, *misericordiam*, & Assantiarum expressione, similitudinem sumens à computatione, seu nominum rationumque redditione: & quia diabolus diligentissime annotat, ac veluti describit omnia peccata nostra. Contingit, aliquem aliquando reum fieri sine causa, quod attinet ad crimen, de quo in præsentia accusatur: tamen alia DEUS justus Judex vindicare vult: sicut Ephrem *f* de seipso, & de aliis narrat: & fratres Joseph comprehensi, quasi scyphum furati essent, dixerunt *t*: *Deus invenit iniquitatem servorum suorum, & meritò hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum*. Igitur deprecatur David, ne intret Deus in judicium cum ipso: & quod alibi *u* dixit, *ne meminerit delictæ juventutis ejus, & ignorantiæ*: quemadmodum & oravit postea Tobias *x*, *ne reminisceretur delicta sua*, vel *parentum*, ne quod vocant κατὰ τὸ ἀκριβὲς δίκαιον, strictum jus, & summum, sive durius, ac exactius exerceat, sed κατ' ἐπιείκειαν, mitius, atque moderatius.

a lib. quod Deus sit immutab.

b to. 1. tract. de variis tormentis inferni, p. 200.

Timoti quædam cauſſæ.

c conc. 106

d Sap. 5. 18

e Luc. 12. 4 Joan. 15. 14 15

f Luc. 15. 18

g Jerc. 2. 29

h Hom. 10. 5

i Job. 14. 2. 3

k c. 39. 32

l Luc. 17. 10

m conc. 106 in Jos. 8. 34

Variæ judicis notiones ſeu formæ.

Verendum omni viventi coram Deo cauſam agere criminalem.

o 1. Cor. 11. 31. 32

p Eſa. 43. ſecund. LXX.

q Eccleſ. 18 20

r ſerm. 317

Quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.) Vetus Pialterium, & Auguſtinus, *coram te*. Juſtitia quot modis accipiatur, prius docui, & alibi, quid *juſtificandi* verbum valeat. Antea quoque expendi, quid ſit *juſtificari in conſpectu Domini*, vel *coram illo*. Ad verbum verteremus, *non juſtificabit*, nempe ſe, לֹא יצדק *lo iitsdak*. Niſi dicas Legiſſe LXX. paſſive in *niphal*, יִצָּדֵק *iitsdaek*. In iſto enſu magis clare Auctor Eccleſiaſtici *y*, *non te juſtifices*, ait, *ante Deum, quoniam agnitor cordis ipſe eſt*: & Job *z*, quem antea recitavi, *ſi juſtificare me voluero, os meum condemnabit me*. Denique prius etiam dixi, negationem ante ſignum univerſale *omnis*, non ſumi hoc loco logice pro quibuſdam ut alicubi Hieronymus *a* volebat: ſed idem valere, quod *nullus*: & hujus formulæ plura exempla in Scripturis divinis extare, ut *b*, *non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum*, hoc eſt, nullum: *ex operibus legis non juſtificabitur omnis caro coram illo*, ideſt, nulla. Ceterum, circa illam aliam phraſin, ut juſtificari dicatur quis, aut non juſtificari in conſpectu Domini, vel coram Domino, præterea ut quidpiam dicatur tale *coram Domino*, vel abſolute *Domino*, Ribera *d* noſter bene declarat, ut ſit idem, atque *judicio Domini*, ac propterea vere, quamvis homines aliter ſorſitan judicent. Sic exempli cauſſa, *ſanctum eſſe DEO* Ce, eſt revera talem eſſe, quamvis non in oculis hominum: quod ſæpe obtineri non poteſt, quia male cumque perturbatione judicant, quum contra nonnumquam judicent eſſe ſanctos, qui non ſunt re ipſa tales: & idcirco non in conſpectu Domini. In conſpectu alicujus, ut Græcè dicitur, ἐνώπιον, & Hebraicè לִפְנֵי *lephanim*, non memini ſignificare in comparatione alterius: quamvis antea retulerim ſatis communem expoſitionem, ut DEI comparatione nullus juſtificari dicatur.

a Eph. 4. 18
b Luc. 1. 37
c Rom. 3. 20

d in Jon. c. 3 n. 1. & ſeq.

e Lev. 20. cap. 21.6

Verſ. 3.) Quia perſequutus eſt inimicus animam meam, humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obſcuris, ſicut mortuos ſæculi.

Verſ. 4.) Et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.

ADdit, ut exoret, ac impetret, præter alias priores cauſſas, tùm fidelitatis DEI in benignis promiſſis luis præſtandis, ac perficiendis: tùm proprie confeſſionis, qua ſe imparem agnoſcit ferendis judiciis divinis, meritæque pro peccatis pœnæ, quum nullus etiam homo ad iſta par ſit: addit, inquam, rationem tertiam, ex gravitate calamitatis, periculique, in quo verſetur, & quod ipſum ſummo quodam angore afficiat. Hoſtis perſecutionem tantam David eſſe dicit ſive Abſalonis, qui eſt in Pſ. titulo: ſive Saulis, ut volunt, qui *Abſalonem* tollunt de titulo, ut videatur obtritus totes, & in jam vita functorum numerum relatus, ſive propter ſpeluncam, in qua latere cogebatur velut in ſepulchro, quum Saul perſequeretur: ſive quod Abſalom, acerbius urgendo, & premendo, molestias animi lethales concitaverit, ut nihil ſibi diſtare à mortuis videretur, vel jam quoque inter eos eſſe, ſatius arbitraretur. Denique ait, ſe præ vehementia mœroris, timoris, ſollicitudinis, deliquium ſibi animæ pati viſum, atque ob incredibilem perturbationem, quid conſilii, aut remedii caperet, penitus ignoraviſſe. Poſſet etiam hic accipi pœnitens David, qui ad remiſſionem peccatorum obtinendam, adducit gravitatem tentationis, atque graviſſimam

Senſus loci.

mam perſecutionem diaboli, qui ab innocentiæ dignitate, ac ſublimitate ad vilitatem, profunditatemque mortalis peccati deturbaverit, perſuadendo adulterium, ac deinde homicidium: idcirco autem contemtibilem reddiderit in conſpectu DEI, & Angelorum; atque humiliatum usque ad terram, ob terrenum amorem, cùm prius amaret cœleſtia, & in cœleſtibus converſaretur: præterea in tenebris mentis collocaverit, *alienando à vita DEI*, & cor excæcando *a*, ac redigendo in ſuam poteſtatem, quæ eſt *tenebrarum b*, & *principis tenebrarum c*, ſimilemqi effecerit jamdudum mortuis, *quorum memoria nulla d*, nec apud homines, nec apud DEUM, & in quibus ne veſtigium quidem oculorum eſt, tantum abeſt, ut quidquam videant. Poſtremo ait, ſe divino nimirum lumine illuſtratum, perpexiſſe miſeriam hanc ſuam tantam cumque occurreret cogitatio tam infœlicis ſtatus ſui, ac tremendi judicii DEI, animo vehementer intime anxiatum, penèque exanimatum: niſi ſpes miſericordiæ ipſum erexiſſet, ac reſpirare juſſiſſet: quod in ſequentibus verſibus magis explicatur. Applicat ſententiam Pepinus *e* ad Chriſtum, perſecutionem paſſum: ad peccatorem recedere B volentem à peccato per pœnitentiam, ac fugere à diabolo: ad pœnitentem primos pœnitentiæ fructus inchoantem: ad hominem in bono incœpto perſeverantem, omnique gratia refertum: ad vitam religioſam: ad quemlibet moribundum. Docet præterea, peccatum hæc mala operari, excæcationem mentis, contritionem ſpiritus perturbationemque rationis. Primum demonſtrat, per omnia genera peccatorum, cum exemplis accommodatis ad ſingula, Dignus Auctor lectu.

e conc. 107

Quia.) Euthymius & Nicephorus volunt, hanc dictionem narrantis in modum hic poni, prius autem, ut rationem reddit; ita Euthymius, ὅτι ἐπειδὴ, hic *ſuæ miſeriæ*. Jungi tamen poteſt præcedentibus verbis, *exaudi me*, &c. ita ut indicet novam rationem, cur exaudiendus ſit, quemadmodum diximus. Poſſet etiam referri ad verſum quintum usque; ut ideo ſe ibi dicat Propheta *memorem fuiſſe dierum antiquorum*, &c. *quia perſecutus eſt inimicus animam ejus*, & c.

Perſequutus eſt inimicus animam meam.) Inimicus iſte Abſalom fuit, aut Saul, necnon qui hos conſectabantur, & alibi pluraliter exprimuntur, ac *multiplicati* dicuntur *f*: myſticè diabolus, qui vocatur in Evangelio *g*, *inimicus homo*: & jam inde ab initio poſitæ, indictæq; ſunt inimicitiæ inter illum, ac inter homines *h*: & *adverſarius*, atque *ſatanas* nominatur *i*, & vulgari multorum lingua abſolute *inimicus*; & cum illo mundus, peccatum caro: denique *via noſtræ tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens noſtra*. Perſecutio animæ ad vitam ſpectat corporalem: ſenſu myſtico etiam ad ſpiritualem, ejuſdemq; perditionem, quæ conſiſtit in privatione gratiæ, offenſa, & inimicitia DEI. Pro toto homine præterea ſumitur anima, ut ſit idem perſequi animam, quod perſequi hominem. Hoc dicendi modo uſus eſt David in aliis Pſalmis: nec apud alium facile reperias. Gregorius autem conſiderat id unum niti tot inſidiis hoſtem diabolum, ut interiora noſtra, virtuteſque diripiat, & animam occidat: exteriora ſi quando tangat, id facere non ut auferens habeat, ſed ut ea auferendo animam evertat. Animas vult, cetera non curat *m*. Cetera permiſit ei DEUS, quæ erant Job, ſed animam ſervari voluit *n*. Totus hic locus illi ſimilis eſt ex pſalmo 7. *O Perſequatur inimicus animam meam & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in pulverem deducat*. Si particulam *quia* verſus iſtius referamus ad verſum quintum, *memor fui dierum antiquorum*, &c. intelligemus, quanta ſit perſecutionis, tribulationis, tentationis utilitas, de qua cotes egimus *o*. *Ignem, & aquam* memorio appellaveris, per quæ *tranſeatur ad refrigerium p*: mare æneum, & altare ſacrificiorum, quibus ipſa ſacrificia purificentur *q*: diluvium aquæ, & ignem, quibus mundi expientur peccata: hieroglyphicum thuribuli exhalantis, cum adjecta proximè aqua *q*: carbonem labia mundantem *r*: ignem à lumbis usque deorſum, cum *electri ſpecie* in parte ſuperiore *s*, & quidem ignem, qui conſumendo perficit; *coronam gloriæ, & diadema regni in manu Domini t*, hoc eſt, laboribus elaboratam tribulationum, priuſquam capiti noſtro imponatur: Eſau majorem ſervientem Jacob minorit *u*, non obediendo ſed vexando: templum virtutis, per quod intratur in templum honoris *x*.

f tomo 2. in narratione de ſua converſione, *g* Gen. 44. 16

h Pſ. 24. 7

i Tob. 3. 25

k Pſ. 7. 6 Pſ. 108. 31

l Pſ. 7. 6 Pſ. 118. 87

m Gen. 14 21

n Job. 2. 6

o verſ. 6

p Pſ. 65. 12

q Pſ. 50. 4 Jſa. 24. 2 Jſai. 6. 6

r Ezech. 1. 4

s Eſai. 62. 3

t Gen. 15. 24 Rom. 9. 12

u Valer. l. 1 n. 1. Auguſ. de civit. c. 13

Humiliavit in terra vitam meam.) Græcè ſignificantius ἐς γῆν, *in terram*. Hieronymus, *conſregit*. Alii, *attri-*

Verbum דכא *diccha* valet hæc omnia. Vertitur quidem etiam in pſalmo 93. *y* per *humiliandi* verbum, & דכאים *dachaim*, per *humiles* in 33. *z* & in 89. *a* דכא *daccha* per *humiliatem*: tamen redditur quoque alibi *b* idem verbum per *conterere*, ſeu *atterere*, ac ſere ſemper eo modo. Idem ſibi vult in pſalmo 7. *c conculcare in terra vitam*, ubi eſt רמס *ramas*, *concutere*, & *quatere*, denique *hoſtili more conculcare*: id hoc loco importat Chaldæum דכדר *dachdech*, ut ibidem docuimus, conferentes illum locum cum præſenti; & alia nonnulla, quæ huc etiam ſpectant, addentes. Eamdem vim habet *incurvatio animæ*, in pſal. 56. *d* & hoc loco exponit Nicephorus, κατέκυψε, *curvavit*, *incurvavit*, *vel inflexit valde*. Poteſt præterea ſignificare idem fere, quod membro ſequenti, nempe compuliſſe ininimicum delcendere in ſubterranea loca. Id præ ſe ferit Apollinarius,

Ἔλαιψε πρὸς γῆν ζωὴν ὑπάρξασάν μοι.
Terræ profundi meam ſubegit vitam.

Si vis in *humiliandi* ſiat verbo, poteſt exponi de dejectione ab honore, dignitate, ſtatu priore in vilem, abjectum, ignobilem: de hoſtili, qua ut dixi, afflictione, & alliſione ſeu protritione, atque conculcatione; de coactioni errandi per alienæ, & barbara loca: de neceſſitate terram habendi pro ſede, lectoque ac ibi jacendi, & cubandi: de gravi mole ac pondere calamitatis deprimentis. Tyranus refert ad fugam Davidis à facie Abſalom, *nudis pedibus, flendo, & operto capite* e: atque ad injurias Semei, quas valde humiliter ſuſtinuit f. Trevetus confractam vitam, prout eſt in translatione Hieronymi, declarat, quod Abſalom ſua illa perſecutione non permitteret, ut pater continuaret vitam, & libera quiete, quam prius habuerat, uteretur. Dixi in pſ. illo 7. videri poſſe uteumque τὸν ζωὴν pro toto corpore viventi ſumi. Innocentius varias acceptiones tradit, ut ſit Chriſtus ipſe vita, ut præterea ſit vita naturæ, doctrinæ, gratiæ, gloriæ: item vita activa, contemplativa; regularis, ſæcularis: adhæc vita culpæ, miſeriæ, pœnæ, gehennæ. Myſticè humiliari ab inimico vitam Auguſtinus poſtea, quę Chriſtus paſſus eſt à diabolo, & Juda exponit de tentatione, qua inducimur, ut relicta ſpe cœleſti terram ſapiamus, terrenaque diligamus. Adde ut terram ſicut ſerpens, diaboli typus, comedamus g. Eamdem tropologiam ſequuntur ſere ceteri. Putatus autem Hieronymus induciſſe ſic loquentem Prophetam, (Ante alas habebam, & volabam; nunc autem perſequutus eſt inimicus (nulli dubium, inquit ille Auctor, quin diabolus) animam meam; & apprehendit, & ligavit mihi pedes, & manus, quemadmodum volatile ab homine comprehenditur, ut quaſi videatur mortuum, quia non habet licentiam alarum ſuarum, ut volet; ira & me inimicus ligavit conſcientia peccatorum meorum.) Ponitur eadem ſimilitudo à Brunone. Euthymius, poſtea diſtinctione humilitatis pro virtute, vel pro depreſſione proveniente à calamitatibus, atq; à peccatis, addit præterea vitium quoddam naſcens ex avaritia aut à puſillanimitate veluti quum quis obolum magni æſtimat, aut quæ tenuia, ac vilia ſunt, digna ſtudio quemadmodum pueri faciunt, qui pilas, aut talos eſſe aliquid magnum exiſtimant. Ex Chryſoſtomo mutuatus eſt. Sed hic adhuc aliter humiliatem diſtinguit, ut virtus eſt, ut procedit à calamitatibus, ut proficiſcitur ex peccatis, v. g. ex ſuperbia, & inſatiabili cupiditate; ut oritur ex calamitatibus. Tum ait, nihil eſſe abjectius: & humilius iis, qui ſeipſos infodiunt divitiis, potentiæ & gloriæ: hos enim eſſe duabus rationibus humiles, & quod homi ſerpant, ac trahantur; & quod ea magna exiſtimeut, quemadmodum parvi pueri talos, & alia hujuſmodi ludicra magnifaciunt: hoc non eſſe ſignum, quod ea magna ſint; ſed quod qui ea admirantur, mentem habeat imperfectam, & humilem; atque hunc quidem eſſe ætatis & naturæ defectumiſſam vero culpam voluntatis, quia vir, & perfectæ, ac maturæ ætatis, menſas, luxum, delicias, res putat eſſe magnas. Poſtremo aſſerit, multos eſſe, qui tales magni, & excelſi animi exiſtiment ſed hoſi illis longe humiliores eſſe; cùm nihil æque faciat excelſum, ac ea deſpicere. *Aggravat*, ut ſæpius notavimus *corpus, quod corrumpitur, animam h*. Facit nonnihil ad rem emblema dextera tenentis lapidem, alas ſiniſtra *i*.

Dextera tenet lapidem, manus altera ſuſtinet alas,
Ut magnum levat, ſic grave mergit onus.

Gravit corde diligit vanitatem, & quærit mendacium K.

Quis

a Eph. 4. 18
b Luc. 22. 23
c Eph. 6. 12
d Pſ. 87. 6

e conc. 107

f tomo 2. in narratione de ſua converſione, *g* Gen. 44. 16

h Pſ. 24. 7

i Tob. 3. 25

k Pſ. 7. 6 Pſ. 118. 87

l Pſ. 7. 6 Pſ. 118. 87

m Gen. 14 21

n Job. 2. 6

o verſ. 6

p Pſ. 65. 12

q Pſ. 50. 4 Jſa. 24. 2 Jſai. 6. 6

r Ezech. 1. 4

s Eſai. 62. 3

t Gen. 15. 24 Rom. 9. 12

u Valer. l. 1 n. 1. Auguſ. de civit. c. 13

y verſ. 1.
z verſ. 19
a verſ. 5 hebr. 33. 5. 10. 87 apud alios.
b verſ. 6

d verſ. 7

e 2. Reg. 15. 30
f cap. 18. 10 11

g Geneſ. 3

Humiliatio diſtinctio.

h Sap. 9. 15.

i Alciat. emblemate. 120

k Pſ. 4. 3

Quis credet descendere pondere quodam gravatum cor ad vanitatem, mendacium, nihil?

Collocavit me in obscuris sicut mortues sæculi.) Chaldaicè, *collocavit me in tenebris, sicut jacentes sæculi illius.* Hieronymus, *posuit me in tenebris, sicut mortuos antiquos.* Alii, *habitare me fecit in obscuris*, seu *in tenebricosis, sicut qui ab olim, & jam pridem mortui sunt*, idest, Saul in spelunca: aut in tam infelicem redegi me statum, ut vellet vel Absalom, ut cogerer fugiendo, latebras quærere, atque in obscurissimis me locis condere, & latere, quæ sepulchris similia essent, & ego similis eadaveribus putrefactis jam dudum defunctorum, & sepultorum: ita ut nulla vitæ spes esset, aut liberationis. Sic dicebat Chusai de Davide ab Absalom, tametsi ut eum ab Achitophelis a 1.Reg.17.9 consilio averteret, *a, forsitan nunc latitat in foveis.* David b cap. 15.28 ipse ad Sadoc de seipso *b, ecce ego absondar in campestribus deserti:* Fortassis etiam *mortui sæculi* intelliguntur damnati perpetuo carcere, eoque teterrimo, qui habentur pro mortuis, & sunt mortui civiliter. Affinis in 87. c, Psalmi sententia; c vers. 7 *posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in umbra mortis.* Ibidem proxime ante *d*, appellantur *dormientes in sepulchris, quorum Deus non sit memor amplius*, d vers. 6 *& de manu ejus repulsi sint.* In Threnis *e*, adhuc apertior e cap. 3. 6 locus; *in tenebrosis collocavit me, quasi mortuos sempiternos.* Ibi eadem prorsus phrasis; & dictiones omnes tùm Hebraicè, tùm Græcè, quæ hoc loco, & pro *collocandi* verbo est רוּשׁע *hoschaf* & κατοίκησον, quæ significant *federe facere*, præsertim Græcum verbum. Vidimus præterea in Ps. 67. f, *habitantes in sepulchris*, figurate dicti eos, qui versentur in captivitate, in carceribus, & ergastulis, in f vers. 7 summis calamitatibus: quemadmodum & Ezechiel g, Babylonicam captivitatem appellavit *sepulchra*, & populum g cap. 37. 12 captivum *ossa arida*, ut exponit Hieronymus. Denique 13 nil magis tritum, quam ut per *tenebras* designentur calamitates *Mortui sæculi*, & antiqui tunt pridem jam mortui: vel etiam non amplius ad hanc vitam naturaliter reditu- h Ps. 48. 12 ri. Hoc pacto sepulchrum vocatur *domus in æternum* h, & & Eccl. 12. 5 *domus æternitatis* i: *sicut consumitur nubes, & pertransit, sic qui descenderit ad inferos, non ascendet; nec revertetur ultra in domum suam, neque cognoscet eum amplius locus ejus* k: & k Job. 7. 9 & 10 *homo quum dormierit, non resurget donec atteratur cœlum, non evigilabit* l: *vadit & non revertitur, ad terram tenebro-* l cap. 13. 12 *sam, & opertam mortis caligine* m. Carcerem Persæ ab ob- Carcer à livione nominabant, *letheen*, in quem capitali damnatæ Persis Ieth- supplicio destinatus conjiciebatur n. Dixi antea: videri eben dictus n Trog. 1. de verbis istis idem, quod priore membro repetit, ut *humi-* bello Persic. *liari in terra vitam, & collocari quempiam in obscuris*, &c. non differant. Illustrabuntur hæc ipsa ex his, quæ dixi Ps. 43. o, circa similia verba: *humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis.* Relegi etiam possunt dicta Psalmo 48. p, atque 87. q, & Ecclesiastæ 12. r. De sepul- o vers. 20 tura Christi possunt hæc allegoricè accipi, qui esset inter mortuos liber, habitus tamen ceteris mortuis plane simi- p vers. 12 lis, quantum ad corruptionis necessitatem, & retur gendi q v. 6. & 7 usque ad generalem anastasin, dilationem. Isidorus r, se- r vers. 5 pulturæ traditum Christum hinc probat; & *sicut mortues sæculi*, exponit dictum, tamquam de homine, quia Deus s de Pass. Domini ca. etiam erat. Tropologicè *mortues sæculi* Gregorius inter- 49 Tropologia pretatur peccatores; & mortem peccatum, quia animam à Deo separat, sensum internorum intercludit officia, divinam deturpat imaginem, lucis adimit claritatem: qui in Christo moritur, in sepulchro conscientiæ tumulari, ligari concupiscentiarum insitis, à conspectu Deo proji- ci, duritiæ operiri, lapide iniquitatis claudi: *prodire quasi ex adipe iniquitatem eorum* t: talem tamen aliquem ali- t Ps. 72. 7. quando resuscitari à *Jesu*, & sublato impœnitudinis lapide, à tenebris ad lucem revocari; & quum pro eis Ecclesia intercesserit, per ministerium sacerdotum absolvere, venire ad monumentum ipsum mortues *Jesum*, ad lacrymas Ecclesiæ commoveri: jubere, ut ad justitiam resurgat, qui prius in iniquitate jacuerat, tantummodo opus esse, ut per confessionem foras veniat, sentiat cordis dolorem, timeat judicium Dei, ab iniquitate recedat. Hoc sequentia magis exprimunt. Quæ vero Gregorius hactenus dixit moralem continent sufficiatri Lazari u, descriptionem. u Joa. 11. 39 & 1099. *Mori in Christo*, accipit, ut sit idem, quod illi mori, & non pro illo, aut in ejuidam gratia, quemadmodum qui vocantur in Apocalypsi x, *beati*, quia *morientes in Domino*. x cap. 14. 13 Hilarius, & putatus Hieronymus particulam *quasi*, per modum diminuendi sumentes, volunt *quasi mortuos sæculi* esse illum, qui necdum sit mortuus, qui in pœnitentia stat, vel non peccavit quidem; sed libertate spiritus, sem-

Aper in se anxii, ut paullò post dicitur: reservatur: qui non agit pœnitentiam, mortuum esse sæculi, & non sicut mortuum, sed perfectè mortuum. Ambrosius, quoque observat caute hic dici, *sicut mortuum sæculi*, non *mortuum*: y in Ps. 36 quia non sunt *mortui sæculi*, qui moriuntur in Christo (usurpat *mori in Christo* in bonam partem) sed qui omnem vitam suam, qua vixerunt in sæculo, in interitu, & morte constituunt. Eleganter hoc loco Chrysostomus incommoda tenebrarum spiritualiter persequitur. Ait, peccatorem licet lampades circumferat innumerabiles, ad Solem respiciat, ex vestibus, & alio vitæ cultu alacris, lætusque videatur, deteriore etiam esse conditione, quam qui mortuus est, & agit in tenebris: quatenus illa quidem res est naturalis: hoc vero culpa voluntatis. Addit *tenebras* illas *exteriores* z, & tenebras vitii, atque obscuratum in- z Matth. 8. sipiens cor, ac mentem obcæcatam. Inde fieri docet, ut 22. & 22. 13 ad umbras tamquam ad res veras peccator currat, nempe & 25. 30 divitias, delicias, potentiam: ut nec amicos, nec inimicos noverit; istis fidens ut amicis, cum illis tamquam cum hostibus confligens: ut clamantes pauperes cæcatos ab inhumanitate, non videat, vel audiat: ut quemadmodum sedens in tenebris non videt mala, quæ ipsum invadunt: sic iste juxta positas calamitates, voragines, foveas, præcipitia: ut more versantis in tenebris, turpia fecure audeatur: sicut ille sit in perpetuo metu: denique augeat hujus rei indignitatem, quod jam Sol justitiæ illuxerit peccator non possit intueri radium, sese antris, cloacis, voraginibus vitii infodiens. De quovis peccatore quæri potest, *ubi sit*, sicut de Adam *a: ubi posuisti eum*, sicut a Genes. 3. 9 de Lazaro *b*. Velut accensa lucerna quærendus est, quem- b Joa. 11. 34 admodum drachma perdita *c*: & sicut Saulem perditum c Luc. 15. 8 *circumfulsit lux de cœlo* d: & *vox Domini revelat condensa* e. d Act. 9. 3 e Ps. 28. 9

Et anxiatus est super me spiritu meus.) Hieronymus, & *anxius fuit in me spiritus meus*: super hac persecutione, inquit Trevetus. Alii *& defecit in me spiritus meus*, vel *distur-tus est, involutus, desolatus, attonitus, obstupefactus*: hoc est, *incerta in me mente, mœrore confecta est anima mea*, vel *collapsus est super me spiritus meus*, nimirum factus quasi ex animis. Græcè alius apud Chrysostomum ὁ πνεύμων ὁ ἐν ἐμοὶ ψυχὴμε, *& circumvolvit se super me anima mea.* Hebraicum verbum est cum littera servili habeute *para-ch*, quod versit futurum in significationem præteriti, עטף *vathithbhhatteph*, de quo verbo dictum in aliis Psalmis. In vetere Psalterio, apudque Augustinum, *& tedium possus est in me spiritus meus.* Hoc significat ἐκπὸ ἀδοκίαν, ut & ἀκηδία, *tedium* Latinitateque donatum *accedam*: & in 60. f, *dum anxiaretur cor meum*, dicitur iisdem verbis Hebræo. Græcoque. Hieronymus vero vertit, *tristè cor.* Anxium, & ancipitem in magnis, & multis difficultatibus animum sic Apollinarius expressit. f vers. 5.

πνεῦμα δ' ἐμὸν τυχισθὲν ἀμηχανίαις πεδίθη.
Spiritus vero meus cerebris difficultatibus compeditus est.

Chrysostomus, & qui dicitur Basilius, tion verus, utpote abbreviator illius, circa ἐν' ἐμοὶ, *super me*, vel *in me*, ut etiam habetur in Romano Psalterio, apudque Cassiodorum: attendunt adeo gravem animi afflictionem, quemadmodum, & in sequentibus verbis, *in me turbatum est cor meum*, ut nec possit aliis enuntiari, ad capiendam ab Diis consolationem. De tristitia Christi, ac summo angore, & agonia tempore passionis, Ecclesia ipsa in Officio feriæ sextæ hunc locum usurpat. Greg. moraliter agendo, scribit, quod pœnitentis viri spiritus anxiatur, quum superna desiderans, carnis corruptione deprimitur: & cùm terrenæ labis pondere prægravatus, fustolli ad altiora nititur, ipso autem suo conamine fatigatus lassatur: tamen eo enixius superiora desiderat, quo verius sæcinam agnoscit, quam portat.

In me turbatum est cor meum.) Hieronymus, *in medio mei* *sollicitum fuit cor meum* בְּתוֹכִי יִשְׁתּוֹמֵם לִבִּי *bethuchi isthomem libi*, Chaldaicè, *in corpore meo perculsum est stupore cor meum*, vel *turbatum*. Alii, *in medio mes desolatum est cor meum, destitutum, attonitum, stupefactum*, idest, jungendo præcedens membrum, mœrore conficit sese anima mea; torquet se cor meum: incerta est in me mens mea, cor meum intra me desperabundum. In Psalmo 37. g, af- g vers. 11. finis sententia, *cor meum conturbatum est*; (addunt *in me* alia Psalteria Latina quidam Enarratores) *dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum*, &c. Sed turbatio dicitur alio Hebræo verbo סחרחר *sechorchar*, quod Hieronym. interpretatur *fluctuare*: alii, *horrere*,

horrere, seu *palpitare*, *consternari*: vel *in orbem ire*, *circumire*, *circumcursare*, *circumgestari*, *circumvagari*, *versi in gyrum*, *peregrini*, *circumferri*, *circumclustrare*, *rotari*, *revolvi*, *vacillare*, *mutare*. Lege dicta loci commentarium, ubi eum cum illo nostro contulimus, & cum alio ex psalmo 108. a, *cor meum conturbatum est intra me*, a vers. 22 ubi Hieronymus, *vulneratum*: denique cum illo Eliæ *b*, b cap. 17. 9 *turbatus sum, quum viderem, emarcuit cor meum, tenebre stupefecerunt me.* De ipso verbo Hebræo loco præsentis c Joan. 11. 33 & cap. 12. 27 egimus alias. *Turbavit seipsum Christum* c, & *animam suam turbatam* dixit *d*, exprimendo etiam veluti ancipitem animum: & quid dicam? In ultimo demum agone multo majorem admisit animo turbationem, ipsemet Dominus tamen, & compos sui, à nullis præventus, occupatives passione, sed ultro pro passione, & quæ in alio sunt passionis effectus, sponte accersens, ac moderans pro arbitrio. Id utcumque posset innuere modus hic loquendi, *in me turbatum est cor meum*, idest, à meipso, non ab ulla externa causa. Augustinus inducit Christum de se sic loquentem, quod alii non sint turbati de passione ipsius, sed ipsum deseruerint. Chrysostomus de peccatore agens, in opposito quodam sensu exponit, ut ante monui, de tanta perturbatione, ut nec verbis quidem promi, & cum aliis communicari potuerit. Tales sunt, ait, animi improborum, numquam non conturbantur, non solum dum sunt præsentia, sed etiam dum expectantur mala. Numquam est eis ulla tranquillitas, nulla animi securitas; sed perturbantur magis, quam ullum pelagus. Non nox, non dies eis concedit, ut sedetur tempestas, sed undique vexantur, etsi nullus sit, qui eis molestiam exhibeat, bellum intestinum, & quod ecsum sonabitat habentes. Nec iis, quæ jam acceperunt, fruuntur, eorum, quæ nondum advenerunt, sollicitudine lacerati: laniati de omnium negotiis solliciti, ac bonis omnium curiosè scrutantes animo agitantes, quomodo hunc quidem perfuadebunt, illum vero terrebunt, alium blandis verbis allicient, alium vero cogent, alium autem obtervabunt: calumnias, emptiones, venditiones, testamenta, fidejussiones, usuras, sortes, & horum malorum, quibus illas, & fæces apud se versantes; & quando eis omnia affluunt, tunc maxime perturbantur. Pulchra hæc hyp typosis præsertim avari, & C voluptuosi, quam mox idem Chrysostomus confirmat exemplo stulti divitis, debibe antis de horreis destruendis, e Luc. 12. 16 & seqq. quando ager ejus fertilissimus extitit e. *Serenissimi* epithe- Serenissimi tum Principibus magnis tribuitur, quod eos maxime opor- epithetum tet sereno animo esse, & jubitorum animos serenare, le- tur Principi- dare, tranquillare, pacare. *In hilaritate vultus Regis vi-* bus tri- buitur. ta*,* inquit Regis nostri filius, & Rex f. Gregorius bonam f Prov. 16. 15 turbationem hic accipit in corde peccatoris pœnitentis, cum recordatur peccati, ut primum cœperit seipsum cognoscere, & quam longe à Deo recesserit, cogitare: dici vero, *in me*, quia quasi extra se fuerat, qui iprius salubribus, & æternis, de noxis, & temporalibus cogitabat; qui agritudinis suæ magnitudinem ipse videre, quum cæcus esset, putabat. Hoc ait esse *prævaricatores* g Esa. 46. 8 *redire ad cor* g, quod nempe *dereliquerat peccatorem* h, hos. 7. 9. 13 hoc prodigium ipse reverti, sicque *qui perierat inveniri* i: i Luc. 15. 32 hoc *unde quis exciderit cogitare*, ac *pœnitentiam agere* k. k Apoc. 2. 5 Innocentius *anxiari spiritum in se* & *turbari cor in se* dici à pœnitente interpretatur, ut ipsum declaret hujusce tanti mali causam, nec in alium culpam refundat, sed temet- Donus bonum instrumentum. ipsum acculet, ut meretur indulgentiam, facilius obtinere: denique asserat, non tolum in se, & intra se, verum etiam contra se anxiatum spiritum, corque turbatum. Putatus etiam Hieronymus, Alcuinus, Bruno, Remigius, Haimo, alii sectantes tropologiam pœnitentis; & (*in me*) referunt ad ipsum tantam pœnitentiam, vel ad dolorem de seipso, sive circa seipsum. Bruno addit videri petitam comparationem ab amico, qui incumbens super amicum mortuum, pro ejus morte nimis anxiatur, ac turbatur. Valentia, psalmum totum volens esse quamdam deplorationem humanæ miseriæ per peccatum, cujus fuit tuator inimicus, perlequens animam, ut peccaret, humiliansque in terra vitam, ut projiceretur homo de paradiso ac morigado revertetur in terram, colloca sin obscuris, sicut mortues sæculi, ut reus esset æternæ mortis in inferno cum diabolis; *anxium spiritum, turbatumque cor* exponit per formidinem, atque per ordinem totum in homine perversum, tatione supposita carnis rebellioni. Elicit Basilius l, dis- l hom. de ira Animi per- turbatio fo- ris effiten- denda. tens de ira, hoc documentum, ne fortis perturbationem animi ostendamus, sed veluti quandam abruptam undam intra littus retineamus. Hoc videlicet est, quod alibi m, noster Propheta dixit; *turbatus sum, & non sum* m ps. 76. 5 *locutus*, item n, *paucatus sum, & non sum turbatus.* n ps. 118. 59

Vers. 5.) Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis, in factis manuum tuarum meditabar.

NEgat persecutionem inimici humiliantis in terra vitam, collocantisque in obscuris, sicut mortuos læculi; præterea natam inde animi anxietatem vehementem, atque cordis perturbationem, & metum, tantum apud ipsum potuisse, ut spem eriperent. Quin potius respiralle se in tantis malis affirmat, cùm animo revolveret priora tempora, & recensëret quam sæpe desperatis in rebus Deus opem populo tulisset, & proprie piis quibuslibet viris; sed & sibimet ipsi, edens potentiæ suæ benignitatisque admiranda exempla, & opera. Facilis inductio fieri potest, ac enumeratio, relegenti sacras historias. Hoc Sensus loci. Alii, ut putatus Hieronymus, & Innocentius, referunt ad memoriam prioris felicitatis, & in qua David se deplo- ret fuisse, indeque præsentis calamitatis acerbiram amplifi- cet. Quod intelligi potest & de temporali, & de spirituali felicitate. Posterior consistebat in gratiæ ac virtutum donis, quæ per peccatum amiserat, & propter claritatis suæ magnitudinem, dies dici poterant, ut notat Bruno. Qui addit præterea, natum ex illa memoria, ut *meditaretur* David *in omnibus operibus Dei & in factis manuum ejus*, id- est, quomodo compleret omnia à Deo injuncta, & ea fa- ceret, quæ manuum Dei dicuntur, quia per gratiam intan- o cap. 89. 8 tum ejus fieri possunt. Hac ratione Job o, deplorans dice- bat: *quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos, se- cundum dies, quibus Deus custodiebat me*: item perditus il- le filius ad se tandem reversus, *quanti mercenarii in domo* p Luc. 15. 17 *patris mei abundant panibus* p, &c. Gregorius ad memo- riam revocari vult innocentiæ statum, in quo erant primi parentes ante peccatum: præterea pœcatum ipsum eorun- dem: adhæc quam sit vana, citoque transeat humana fe- licitas, è contrario bonorum operum quam pretiosus, & constans fructus: denique sanctorum exempla quantam uti- litatem afferant, qui vere censetur opera manuum Dei sin- gulari quomodo, & *cœli* dicantur *enarrantes gloriam* q Ps. 18. 2 *Dei*q, ac totum gratiæ ipsius tributentes. Græcis placet comprehendere utrumque, & præterea quanta veteres pa- tientia tuleriot tentationes & calamitates; quantopere in universis opificiis divinis etiã naturalibus, & minimis elu- xerit Dei providentia; quam idcirco minime dubitandum sit, non defuturam circa res humanas. Confirmat hanc utilitatem Chrysostomus eximiam, & singularem consola- tionem ex commemoratione rerum præteritarum, cum collatione, seu applicatione ad præsentes; quoniam iisdem legibus Deus, & ea, quæ nunc sunt, & quæ prius fuerunt, administrat: Probat aliquot scripturarum testi- moniis, exemplisque, tum vero Pauli hac ratione tum consolantis, tum corrigentis. Vocari potest quum eodem Apostolo r, *consolatio scripturarum*, per quam *spem habe-* r Rom. 15. 4 *mus*: scribitque quod *omnis scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne* s 2. Tim. 16 *opus bonum instructus* s. Ubi digredi licebit in laudem hi- storiæ sacræ, Ecclesiasticæ, profanæ, & commentatio- nis, meditationis, contemplationis operum, & mysterio- rum divinorum. Paulus t, in Epistola ad Hebræos catalo- t cap. 11. 7. & seqq. gum texit exemplorum sanctorum. Machabæi seipsos, & commilitones animabant ad piceatem, fortitudinemque similibus exemplis. Diceres ad hos quasi virgarum colores apicientes, varios virtutum semis parere u. Officinam u Gen. 30. 38 omnium medicamentorum, ipsam divinam scripturam cognomi- nant Origenes x, Ephrem y, Basilius z, Augustinus a, x in ps. 37 y erat de pa- tientia & com punct. z epist. 1. ad Nectarium. a in ps. 136 concio. 1 Idem porro Augustinus hunc locum accipit de homine stu- diolo humilitatis, & grato gratiæ Dei, qui ex considera- tione operum etiam naturæ, quæ omnia bona sunt, & Deo auctore facta, colligat justitiam, & munera gratiæ à solo eodem Deo multo magis esse, qui est idem conditor vitæ nostræ, substantiæque, & auctor justitiæ, ac salutis, & b Ephes. 2. 10 nos *figmentum suum creavit in operibus bonis* b, & *opera-* c Phil. 2. 13 *tur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate* c, ita ut nihil ipsi per nos operemur, nisi in quantum mali sumus, nihil nempe vere pertinens ad salutem, ordinemve justificationis. Conducit recogitatio veterum exemplorum nomi- natim pœnitenti, cujus tropologiam psalmo toto recipitur Tropolog. ab

ab enarratoribus non paucis, ut fiduciam concipiat, quia multos Deus jam inde à primis parentibus quos innui vult hic Hilarius, à delictis eduxit, ut etiam prodit auctor libri Sapientiæ a. Utilitas alia est ad incutiendum salutarem timorem, propter severitatem veterum judiciorum Dei in alios peccatores, tum vero in primos parentes, ut Bruno adhuc exponit. Lyranо visus hic sensus litteralis, innuique diluvium, & maledictionem Cham: quasi ostendat David se vereri, quod ante a dixit, ne intret secum Deus in judicium: & id circo etiam postea dicat, *se manus expandisse ad Deum*. Haud absimilis is Cassiodori expositio, Davidem significare, quod redegerit in memoriam priora peccata sua velut dies veteris hominis, quadam antiquitate fuscatitum vero rediisse ad meliorem mentem, meditando, ac legendo opera creationis, atque providentiæ, ac benignitatis Dei; addetetiam justitiæ. Quod exemplum, inquit Cassiodorus, pro maximo remedio positum debemus accipere, ut nos quoque similis possit medicina salvare. Alcuini eadem mens, & quod nihil boni sine gratia Dei facere possemus. Gerson, aut Alliaco, quoniam apud utrumque prorsus eadem extant, explicant de meditatione lætæ rierum æternorum, ac æternitatis Dei, quæ maximam confert delectationem spiritualem, quemadmodum & operum ejusdem Dei contemplatio. Nam *memor Dei delectatur* b: & *per creaturarum notitiam conspiciuntur invisibilia Dei sempiterna quoque virtus ejus, & divinitas* c. *In memoria dierum antiquorum*. Ayguanus attendit opera creationis; in operum meditatione, illa, quæ spectant ad conservationem: in factis manuum, propria recreationis, ac redemptionis. Valentia, *dies antiquos* vult esse sex illos primos, quibus mundus conditus est: quæ vero in iis gesta sunt, fuerunt redemptionis humanæ typus, per incarnationem, & reliqua opera œconomiæ Christi. Tamen proprie dumtaxat facit mentionem de hominis creatione, & operibus circa eamdem.

Memor fui dierum antiquorum.) Augustinus, cum vetere psalterio: *memoratus sum*: Hieronymus in præterito imperfecto: *recordabar dierum antiquorum*. Perfimilis in 76. d psalmo sententia: *cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui*, &c. Item: *e, memor fui operum Dominitquia memor ero ab initio mirabilium tuorum: & meditabor in omnibus operibus tuis & in adinventionibus tuis exercebor*. Præterea f, *memor fui judicitorum tuorum à seculo Domine*. Paulus g, etiam hortatur *remorari pristinos dies*. *Dies antiquos* docui modis multis posse fieri: vel pro iis, quibus David vixerat felix; vel pro illis, quibus majores ejus experti fuerant Dei tum benignitatem, tum justitiam, &c. vel figurate, pro iis, quibus peccaverat; vel pro æternis, & quos beati victuri essent. Quod attinet ad memoriam de diebus præteritis, in quibus peccatum sit, *recogitaturum se omnes dies fuos in amaritudine animæ fuæ*: Ezechias h, decimit si agatur de utilitate veteris historiæ, Nazianzenus i, pro fugafua exemplum proferens Jonæ k, præfatur verbis istis, *memor fui dierum antiquorum*, atque ad veterem quamdam historiæ alcendi: & obiervat in scripturis divinis nihil omnino vacare, led contineri sub monitiones, & documenta in promptu haberi; de rebus fugiendis, & amplectendis; prioraque exempla non secus, ac canones quosdam, & regulas esse κανονας ἡ νόμους. Sed & priora beneficia in teipsum, aliorve collata, quum occurrunt memoriæ, magnam fiduciam injiciunt similia impetrandi. *In ex tribulationibus liberans Deus facit etiam, ut in septima non tangat malum l*, est, qui bene de ipso sperant: *justitia plena est dextera ejus* m, qua invocantes exaudit, vexatos vindicat, promissa præstat: multos justificat: *manus* habet *tormentibus, plenas hyacinthis*: *texaquat gratiam gratia* o, gratiam nempe gratiæ adjungendo.

Meditatus sum in omnibus operibus tuis.] Hieronym. ut in priore membro, *meditabar omnia opera tua*: Augustinus in speculo: *meditabar in omnia opera tua*. Hebræa phrasis *meditari in aliquo* idem valet, quod aliquid. Interpres aliquoties p, expressit præpositionem: interdum omisit q. Universitatem operum Innocentius extendi notat non ad singula generum (*genera* mendose legitur) sed ad genera singulorum. Pepinus autem observat, aliquos esse, qui meditentur in aliquibus operibus Domini, ut creationis, quodque fecerit omnia propter hominem, abutendo ad luxitia creaturis non ita in aliis, ut recreationis, ac Dominicæ incarnationis: ubi Dominus omnium tantam pauperta tem: & vilitatem, atque gravissima tormenta sustinuit: item in opere judicii, in quo de omnibus oportebit reddere rationem. Addit, quoidam non exerceri in adinventioni-

a cap. 70. 17. 18

b *psf.* 76. 4

c Rom. 1. 20

d *verf.* 6

e *verf.* 12. 31

f *psf.* 118. 52

g *Hebr.* 10. 32

h *Esa.* 38. 15. *Ieratis in 4 cap.* 2. 3

i Job. 5. 19 *mpf.* 97. 1. 2

m *Cant.* 5. 14

o *Zach.* 9. 7

p *psf.* 1. 2. *psf.* 61. 7. *psf.* 76. 13. *psf.* 118. 16. 47. 117. *hæc loca in sequenti membro*.

q *psf.* 2. 1. *psf.* 34. 28. *psf.* 35. 5 *psf.* 36. 20. *psf.* 37. 15. *psf.* 70. 21. *psf.* 118. 70. 143

A bus Dei, prout alio psalmo r, habetur, quæ sunt, inquit, *non resistere malo, deligere inimicos, benefacere his, qui oderunt nos*. r *psf.* 76. 13 *f Matt.* 5

In factis manuum tuarum meditabar.) Hieronymus, & Augustinus in speculo, (*factis manuum tuarum loquebar*.) Dixi paullo ante, idem esse *medicari in factis*, & *facta* s; referstque Chrysostomus alia translationem in accusativo ἐν ἔργοις loco ejus, quæ nunc est *in operibus*: & Apollinarius reddidit. 39

Χειρῶν δ' ἔργματα θεῖα περι φρενὶ ἔκαστον ἐνόησα
Manuum vero facta divina fundiose cantabam.

Meditari autem sæpe vidimus idem esse, quod loqui, præsertim apud se, ac submissa voce. Diversum Hebraicè verbum hic est, & quidem futuri temporis אשיחה *aſocheach* à verbo præcedentis membri in præterito הגיתי *hagithi*. Significat vero שיח *ſuach, loqui ore, & corde, meditari, orare*. Vetus Psalterium, & Augustinus habent etiam hic *meditatus sum*: & pro factis *facturas*. Hilarius in futuro, *meditabor*, in quo tempore modo notavi, esse verbum Hebraeum, ac in eodem vim etiam facit idem Hilarius, quasi denotet meditationé continuam. Opera manuum Dei notavimus à Gregorio accipi pro sanctis, qui dicuntur cœli, & hi *opera manum Dei* t: ab aliis pro opere redemtionis, & gratiæ. Mystico sensu admitti possunt ista; litteraliter autè idem reperitur pluribus verbis. Facta simul cum operibus usurpantur psal. 63. u, *annuntiaverunt opera Dei, & facta ejus intellexerunt*. *Factura* nomen alibi x, quando-que reperimus, ut est idem, ac opus quodcumque: eum tamen potius indicet artificiatum, vel artificium ipsum, & sic quibusdam y, locis accipiatur. Omnia Dei opera ab illo perfecta cententur, velut ab artifice, & ex arte operante, utpote per intellectum cum libera voluntate: & nomine manuum, quas ex animalibus homo solus proprie habet, idem insinuatur. Excellentioribus operibus ordinis supernaturalis, sive gratiæ, gloriæ, incarnationis debetur, peculiariter cognomen *operum manuum Domini*.

s *psf.* 76. 8

t *psf.* 101. 26

c *Pierius*,

u *verf.* 10

x *psf.* 91. 5 *Ephes.* 2. 10

d *de fuga faculi. cap.* 5

y *Num.* 8. 4 *Osea* 13. 2

Verf 6.] Expandi manus meas ad te, anima mea sicut terra sine aqua tibi.

C

e *Exod.* 17. 19. *& ſeqq.* Manuum expandendi mos à natura inſtitutus.

f psf. 27. 2. *psf.* 43 21. *psf.* 62. 3 *psf.* 87. 10. *psf.* 132. 2. *psf.* 140. 2 *g in cap.* 1 Manuum diſtinctio.

Diaboli manus vinculata.

Senſus loci.

ERectus ſpe in Deum ob memoriam veterum exemplorum potentiæ, providentiæ, misericordiæ ipsius, propterque meditationem eorumdem attributorum, circa cuncta opera illius, ait, se manus expandisse ad eum, tum ut gratias ageret, & illum laudaret, tum ut adhuc similia præsidia, & effecta faventis Dei experiri concederetur fessò jam, atque viribus destituto. Suum vero hoc desiderium impetrandi, & necessitatem opis divinæ declarat, appositа comparatione arentis agri, diuturnoque Solis ardore perusti, & idcirco quasi aperto, ac hiante ore, præ nimia quadam, ut ita dicam, siti, expetentis, & expectantis à Deo ipso imbrem, ut afferre fruges queat, ut ornari floribus, vestirique herbis possit, ut valeat consistere, nec dissipetur, & in pulveres resoluta disjiciatur etiam, ac dispergatur à ventis. Hoc idem explicat Augustinus verbis psalmi z, 84. *Dominus dabit ſuavitatem*, sive *benignitatem*, *& terra noſtra dabit fructum ſuum*: & aliis 41. a, *ſitivit anima mea ad Deum vivum*, &c. Hilarius illis, quæ sunt in Deuteronomio b, de doctrina comparata cum pluvia, & de eloquio cum rore, imbre, stillisque herbam, & gramina. Parum probabilis videtur mihi Paludani expositio, quam recitat Pepinus, Davidem significare velle tempus illud, quo allatam sibi aquam de Bethlehem, quam tanto pere concupiverat, *bibere noluit, ſed libavit Domino* c, usurpans hæc verba psalmi, *Expandi manus meas ad te*, tibi offerens illam aquam, petensque veniam; quia fui, sicut terra deficiens, irrationabiliter eam concupiscens, eo quod exposuerim periculo mortis milites meos, qui attulerunt illam. Ut ientus mysticus, melior alius ejusdem de Christo, qui expanderit manus in Cruce, tum orans pro crucifixoribus, tum commendansin manus Patris spiritum suum, & expostuerit desiderium partis inferioris, ut in eam redundaret gloria superioris: atque sitim, quam sentiebat in Cruce. Addit Pepinus orationem Christi, suas in Cruce manus expandentis nominatim pro Ecclesia congregenda, & irriganda ipsiusmet sanguine, aquaque Baptismi, ut fœcundaretur.

Expandi manus meas ad te.) Addit Paraphrastes *in oratione*, vetus Psalterium & Augustinus habent, *extendi*. Extensionem, ac expansionem hanc manuum refert Lyranus, & alii, ad humilem deprecationem. Gregorius, Innocentius, Hugo, Rickelius, Bruno, Haimo, Remigius, ad effectus, & opera jugenda meditationi, quæ prius erant quodammodo contracta, dum minor spes erat de liberatione. Cassiodorus, ac iterum Innocentius, & Ayguanus ad imitationem, expressionemque quamdam Christi crucifixi. Ayguanus præterea, sic expansio fiat versus tertiam, ad imitationem humiliantis se Christi in incarnatione, & passione: si rursum in cœlum, ad ascensionem, quam imitari debeamus operibus nostris, totamque intentionem, ac spem illuc dirigere, quo Christus ascendit. Agellius indicari vult hoc gestu, quod quis ob infirmitatem, & lassitudinem se sustinere non possit, juxta illud, quod scribit Jeremias a, *Vox filiæ ſion inter morientis, expandentisque manus ſuas, Va mihi, quia defecit anima mea*: & hoc ipsum sequentibus verbis ostendi, *velociter exanuli me, Domine, defecit ſpiritus meus*, quasi tamquam ex nimia fatigatione, ac debilitate cadens, mortique proximus ita loquatur. Addi potest, quod adhuc sequitur hic, *& ſimili: ero deſcendentibus in lacum* quoniam qui ibi sunt, vel naufragium patiuntur, manus extendunt ad offerentes remedium. Hoc est *manibus Deum exquirere* b, quas continuo movendo, Lacedæmonii produntur Deum solíti orare c. Volunt etiam ἐκτείνειν, quod *sacrificare* est, inde derivari, quod quitacrificant, & precantur, ἐκτείνουσι γὰρ χεῖρας *manus protendunt*. Ii sibi quoque voluit in nummo Gorniani Pii simulacrum, quod passis hinc inde manus ad cœlum tollebat, cum inscriptione PIETAS AUGUSTI. Ambrosius d, has interpretatur esse pennas animæ, quibus volamus ad Deum. Solent, qui lamentatur, maxime mulieres, manus expandere, ut alienam opem imploret, profrehendit se propriis viribus destitui. Joannes Neovillæus oppositam red dit causam, quod studia, & contemplationes prius dictæ Davidi profuerint, & quum corpus antea fractum esset, & debilitatum, manus remissæ, anxius animus, cor conturbatum, deinde legit Dei, operumque, & factorum ejus recordatione recratus sit animus, divinæque bonitatis fiducia confirmatus, corpus vires recollegerit, manus in cœlum expanderit. Diceres manibus quodammodo tangendo cœlum, inde vires capi, sicut extensis in oratione contra Amalech Moysis manibus vincebat populus e, oppositа quadam ratione, qua Anteon in pugna cum Hercule, quoties cadens terram tangebat matrem, fortior surrexisse fingitur. Hic ipse expandendi manus à natura insitus non occurrit jam prius aliquoties f, in psalmis, ac de illo egimus paullo accuratius in commentario Actuum Apostolorum g. Distinguit hoc loco Innocentius Papa Tertius, manum operationis; orationis, contemplationis, curationis, laudationisque amdemque distinctionem illustrat Scripturarum aptis testimoniis. Pepinus considerat in Deo manus misericordiæ, & justitiæ, quarum alteram expandit super bonos, ut protegat contra diabolum, præsertvet à peccato, defendat à periculo damnationis in morte, subleavet cadentes, sustentet conversos, ne recidant; libereet pericli tantes: alteram super malos, ut corporaliter quandoque percutiat, ut disperdat eorum bona temporalia, ut perdat etiam æternaliter. Præterea diabolo assignat manus, in quas tradantur reprobi ad illudendum, flagellandum, crucifigendum; ipsius vero manus nil aliud esse, nisi vincula, ideſt peccata, quæ persuadet, & quibus illaqueat. Postremo ait, quod manus pius, & misericors aperit inopi, & palmas extendit ad pauperem manus, inquam, quæ distillant myrrham probatissimam, ideſt, faculatæ justæ partas, quibus à morte pauperes præservant ad tempus, habetque porrectas manus non ad accipiendum, sed ad dandum. Ayguanus observat, quod Christus multa expandit pro nobis; rete, ad capiendos adversarios, nubem, ad protegendum conversos; alas, ad supportandum infirmos; manus ad conferendum beneficia.

Anima mea sicut terra ſine aqua tibi. Hieronymus, & Augustinus in Speculo *quaſi terra ſitiens ad te* Ideſt, ut explanat Treverus, mens mea ad te, se habet, sicut terra sitiens. Sicut enim terra sitiens expectat, & quærit à Deo imbrem; ita mens mea expectat à te remedium suæ miseriæ. Lyranus aliam translationem ex Hebræo recitat, *sicut terra laſſata*, & exponit, quia terra sine aqua in pulveres resolvitur, & quasi res lassat dissipatur: Davidem vero indicare, quod esset tanus à Tullurus timore divinæ justitiæ, Cajetanus *laſſam* legit. Reddunt alii, *sicut*

In Psalmum CXLII. Verſ. 6. 621

Aterra ſiticuloſa, quæ nimirum imbrem expectat, *ad te*, nempe *anhelat*. Vel *anima mea à terra ſiticuloſa*, sive *cùm verſarer in terra ob ſiccitatem damnata, ad te reſpexit*. Hebraicè legendo ב *be* pro כ *che*, *in* pro *ſicut*: efficeretur hic sensus ultimus de homine, qui *habitans in terra deſerta, invia, inaquoſa* h, invocet Deum. Extat nunc nota similitudinis כ *che*, *ac ſicut*: significat autem epithetum terræ עיפה *hhaiphah*, à עיף *hhuph*, *laſſam* seu *laſſatam eſſe*, *deficientem*, *deſtitutam viribus*, *ne volare poſſit*: quod proprie in primaria notione valet עיף *hhuph*. Et quia lassus sit per translationem vocatus *sitiens* in masculino genere עיף *hhaieph*, in fœminino עיפה *hhaiephah*. Interpres aliquando *laſſitudinem* i, transtulit interdum *ſitim* k. Sed lassitudo nonnumquam aperte intelligitur de illa, quem cum siti conjuncta est, ut apud Jeremiam l; *Inebriavi animam laſſam*. Paraphrastes hoc loco exponit, *anima mea, ſicut terra, quæ indiget aqua, reſpicit ad te*. Apollinarius,

Οὐωδὲ ἔμὸς πόθος ἐ'ὰτε δι' ἔρος αὖχενος ἔλθοι,
Animus meus cupit te, velut ſitibunda ſuici terra.

h *Esa.* 30. 6. *Deut.* 8. 15. *Esa.* 29. 8 *Iudith.* 8. 24 *Esa.* 40. 2 *Jerem* 31 25 k *Prov.* 25 25. *Esa.* 32. 2 *l cap.* 31. 25

Vehemens desiderium, votumve recte per sitim exprimitur, quæ actior, molestiorque est, quam fames: bene etiam declaratur per eam quasi sitim, quâ arens videtur ager præ se ferre, cum quadam eluti oris hiantis deprecatione. Bis jam prius hanc suam David sitim declaravit m, ac primum quidem cervi exemplo, *deſiderantis ad fontes aquarum*: deinde constituens seipsum *in terra deſerta, invia, & inaquoſa*. In priore autem loco Hebraicè vertitur, *ſicut arefta præparata ad irrigationes aquarum*. Apud Joelem n, quoque ponitur eadem similitudo, *ſed & beſtia agri, quaſi area ſitiens imbrem, ſuſpexerunt ad te: quoniam exſiccati ſunt fontes aquarum*.

m *psf.* 41. 2 *psf.* 62. 2

n *cap.* 1. *elt.*

Te (Nile) *propter nullos*, canit ille o, *tellus ſua poſſul at imbres*
Arida, nec pluvio ſupplicat herba Jovi.

o *Ellull. lib.* 2. *eleg.* 7

Item p,

—— *Tunc ventis, pluvioque rogaris*
Proſove.

p *Stat. 6 Thebaid.*

Euripidem postremo recitat Aristoteles q, dicentem.

q 8. *ethic. cap.* 1. *vel* 2

ἔμοιγε τὸν θνήσκοντα γαῖαν ξηραθοῦσαν
ἰδρὼς δ' ἔσυτ' ἐρασθεὶς πλησθεὶς μέσον ὃ μέρος
πεσοῦσα γαῖαν.
Tellus quidem imbrem amat, ubi campus aridus,
Ob ſiccitatem ſterilis, humore indiget?
Cœlum at beatum, quam refertum eſt imbribus,
Ardet cadendi mira in humum libidine.

Menander etiam de terra, cum ardoribus æstivis utitur, ita cecinit,

Amore tellus imbrium perturbitur.

Catullus præterea, quod

Dum mulcent aura, firmat Sol, educat imber.

Solis fomentum Deo convenit, una cum auris, ac imbre munerum ipsius. Narrat Pausanias r, apud Athenienses Terræ simulacrum imbres ab Jove implorantis fuisse, vel quod illi aliquando pluvias desidera visset, vel quod tota Græcia soli siccitate laboravisset, quem vocant *εὐαγῆ*. Inde cognomen fortitus Jupiter *ὗσιος*, *ὑετὸς*, *ὄμβιος*, Pluvii, quem & ab Indis hac de causa cultum Strabo s, testis est. Tertullianus t, quoque meminit aquilicorum, quæ Jovi immolabantur, ad aquas eliciendas in magna siccitate: & eodem alludit, vocans *Deum aquilicem* u. Præsentia Dei, & adventu omne nemus viret, & læto descendit plurimus imbri x, gratiarum; si abit, videas, & (ipsa) flumina sicca, arentem (animæ) agrum, sitientem herbam y. Quum aqua gratiam aptissime comparari, alias monui nus, Deumque ipsum quum aqua, rore, imbre conferri constat: & sub his rebus promissum. Veniet, ait Oseas z, *quaſi imber nobis temporaneus, & ſerotinus terræ*. Deus quoque apud Esaiam a, ait, *quomodo deſcendit imber, & nix de cœlo, & illuc ultra non revertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen, & panem comedenti; ſic erit verbum meum, quod egreditur de ore meo*. Severe idem minatur prohibiturum se *nubibus, nec pluant ſuper eam imbrem* b. Hujus necessitatem cum fincera humilitate præ se fert verbis istis David, non se extollens de meritis, ut ait Gregorius, ac in se superbiam humanæ præsumtionis extinguens, nihil se esse reputans, virtutis incrementum à Conditore expectans,

r *in Atticis*

s *lib.* 15

t *Apolog. cap.* 40 Aquilicia in siccitate magna Jovi immolari solita.

u *g. contr. Marcio. c.* 5

x *Virgil. eclog.* 7 y *idem. & cap* 6. 4 *a cap.* 55. 10

b *cap.* 5. 6

Ratio-